Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Müller

Henrici Mülleri Theol. Professoris, Dissertationes Theologico-Historicae De Baptismo Pro Mortuis ex I Cor. XV, v. 29. & Sabbato Deutero-Prt ex Luc. VI, v. 1. : Cum Indiculis Locorum Scripturae, Auctorum & Rerum

Rostochi[i]: Kilius, 1665

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730125394

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730125394/phys_0001
DFG

Ff - 1291 1-3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730125394/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca Academicae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730125394/phys_0003
DFG

HENRICI MÜLLERI
Theol. Professoris,

DISSERTATIONES THEOLOGICO-HISTORICÆ

De BAPTISMO
PRO MORTUIS
ex I Cor. XV, v. 29.

&

SABBATO
ΔΕΥΤΕΡΟ-ΠΡΩΤΩ
ex Luc. VI, v. 1.

Cum Indiculis Locorum Scripturæ, Auctorum & Rerum.

ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typographi,
ANNO cIↃ IↃc LXV.

Ff – 1291 3.

VIRIS

MAXIME REVERENDIS, EXCELLENTISSIMO, PRÆCLARISSIMIS ET DEVOTISSIMIS

DN. SUPERINTENDENTI, PASTORIBUS, COETERISq; VERBI DIVINI MINISTRIS, DE ECCLESIA CHRISTI, QUÆ STRALESUNDI EST, OPTIME MERITIS ET MERENTIBUS

INDIES,

DOMINIS FAUTORIBUS ET IN CHRISTO FRATRIBUS HONORATISSIMIS

S. P. D.

HENRICUS Müller/ D.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730125394/phys_0006
DFG

VIRI AMPLISSIME & MAXIME REVERENDI, FRATRES HONORATISSIMI, cur meæ de argumentis conscriptæ perarduis ad Vos eant Dissertationes Historico-Theologicæ nec unæ nec leves in promtu sunt causæ, quas tamen ad unguem nunc recensere, ne molestus sim, supersedeo. Delectari Vos & Scrutinio Biblico & Veterum lectione exactiori, qui Vos nôrunt, vestraq; studia intimiùs, ad unum contestantur omnes. Nimirùm ita studiis hisce incumbitis, ut Ecclesiam non deseratis, ita tractatis Ecclesiam, ut quoties à sacris negotiis Vobis otium contingit, iis literis Vos addicatis potissimùm, quibus vel ab ipsa raritate suum pretium est, atq; úsus in Theologia perinsignis. Prætereà eum, VIRI DEI, in me probatum dedistis affectum, quem si non venerer & deprædicarem publicè, mortalium meritò audirem ingratissimus. Tu præprimis delitium DEI bonorumq; omnium, DN. SUPERINTENDENS, Vir mihi pretiosissime, Tu, inquam, eo me complexus es in Domino amore, quo vix frater fratrem; ea in me congessisti bene-

beneficia, quæ & meritum superant omne meum, &, quod verè dixerim, etiam votum. Tu quoq;, Præclarissime DN. ROTHMANNE, ut Tui in me favoris documentum exstaret publicum, id nuper in Concione funebri dedisti mihi, quod mihi nunquam dedi ipse, imò quod me non possidere, vel, si ejus quidquam possideo, cœlo debere unicè, hic candidè profiteor. Vos cæteri VIRI DEVOTISSIMI, quia JESUM meum, quod certus sum, deperitis, quin etiam me, ut Commembrum imò Conservum vestrum in JESU deametis nullus dubito. Vestra certè pietas favorem illum mihi promittit, quem nulli unquam vestrorum nominum Cultori denegastis. Utque, quanti Vos faciam, orbi literato constet publicè, Chartaceum eccè hoc, ingentis affectus perexiguum testem, offero munusculum. Si erit, ut Vos laborem hunc qualem qualem non omninò improbabitis, gratulabor mihi, Vobisq; inserviendi nullam unquam elabi patiar occasionem. DEUS immortalis, VIRI VENERANDI, diu Vos Ecclesiæ & Familiæ vestræ bono incolumes servet, donec longa placidaq; senecta ex terris in cœlum evocemini!

Dabam Rostochii d. I. Octobr.
Anno M. DC. LXV.

DE

DE BAPTISMO PRO MORTUIS,

ex

I Cor. XV, v. 29.



R. Ἐπεὶ τί ποήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τ νεκρῶν. *Syrus & Arabs*; Alioqvi qvid facient, qvi baptizantur pro (*Arabs*; personis) mortuis? *Æthiops*; Alioqvi qvid baptizant, nonne ut revificent à mortuis? *Vulgatus*, *Erasmus*, *Junius*; Alioqvi qvid facient, qvi baptizantur pro mortuis. *Schmidius*; tanqvam mortui. *A. Osiander*; super mortuis. *Beza*; qvi ablutione utuntur super mortuis. *Lutherus*; Was machen sonst die/ die sich tauffen lassen über die Todten? *Emserus*; als für Todten. *Biblia ante Lutherum edita*; voor de Doden. *Dietenberg*; umb der Todten willen. *Photiniana N. T. Versio*; Was lassen sie sich auch tauffen für die Todten? *Batavi*; Anders/wat sullen sy doen/ de voor de Doode gedoopt worden? *Ita etiam Angli*; *For the dead.*

§. 1. Locum hunc, qvem inter δυσνόητα Pauli haud immerito refert Jacobus Laurentius, [a] *tot* ferè *nactum interpretationes, qvot habet interpretes*, B. Calixtus scribit. [b] *Sex* earum enumerat Bellarminus, [c] Cornelius à Lapide

[a] in Pauli δυσν. p. 434

[b] ad h. l. & de Purgat.

[c] l. 1 de Purg. c. 6.

d ad h. l. de *Septem*, [d] Plures alii, alii pauciores. Mihi *septendecim* tàm *veterum*, qvàm *recentiorum* legisse contigit, qvas impræsentiarum recensere & ventilare animus est.

PRIMA est AMBROSII, (vel qvisqvis sub ejus nomine auctor est commentariorum in Epistolas Pauli,) qvi hunc locum Pauli explicans, [e] *Exemplum*, inqvit, *eorum subjicit, qvi tàm securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptisarentur, si qvem fortè mors prævenisset, timentes ne aut malè aut non resurgeret, qvi baptisatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur.* Nimirum existimat Apostolum morem, licet perversum, qvorundam respicere, qvi, si qvis morte præventus absqve baptismo decessisset, alium pro illo & illius nomine baptizandum curabant in fidem ac spem futuræ resurrectionis, ut hac ratione se certò credere ac sperare testarentur, mortuum illum cum cœteris extremo die resurrecturum. *Qvo qvidem exemplo*, ait, *non illorum factum probat Apostolus, sed fixam in resurrectione fidem ostendit. Dicendo enim verbis immediatè seqventibus, qvid & nos omni hora periclitamur? discrevit personas, ostendens non esse catholicos*, i. e. orthodoxos, *qvi pro mortuis baptizabantur.* Morem hunc Epiphanius ex antiqva traditione Cerinthianis tribuit, [f] καὶ τὶ παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστάσαντας αὐτοὺς δικὴν δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας, *Ex traditione res qvædam ad nos devenit, qvod qvidam apud ipsos ex vita excesserunt, morte præventi citra baptisma, alii verò pro ipsis in nomen ipsorum baptizentur, ne, ubi resurrexerint, illi in resurrectione pœnas dent, eò qvod non acceperint baptisma.* Idem Marcionitæ factitarunt, exemplum fortè à Cerinthianis

e in 1 Cor. XV.

f hæres. XXIIX.

anis mutuati. Sic enim de iis Chrysostomus, [g] Ἐπειδὰν γὰρ τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ' αὐτοῖς τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται, εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα; εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν αὐτ' ἐκείνου φησὶ, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος, *Postquam Catechumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo qui vivit accedunt ad mortuum, alloquuntur & rogant, velitne baptisari? Deinde illo nihil respondente, is qui est absconsus inferius pro illo dicit, se velle baptisari: & sic eum baptizant pro eo qui excessit.* Marcionitarum hoc baptisma *vicarium* vocat Tertullianus, [h] *Si autem*, inqviens, *& baptisantur quidam pro mortuis, videbis an ratione certa illa præsumtione hoc eos instituisse portendit, quâ alii etiam carni ut vicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligaretur.* Qvod hic aliqvantò obscurius *præsumtione institutum* dicit, infra [i] paulò clarius exprimit, qvando *vanè* illos *pro mortuis baptisatos* dicit, eò qvod *habeamus Apostolum alicubi unius baptismi definitorem.* Sententiam hanc Ambrosii suam facit Christophorus Justellus, [k] *omnium simplicissimam* vocat B. Calixtus, [l] pro eâq; strenuè militat, [m] etsi alibi [n] idem scribat, *de hujusmodi errore, qvem Pauli tempore nonnulli foverint, ex historia nihil constare. Neqve verosimile esse Apostolum vel argumento tàm infirmo usurum fuisse, vel tàm insignem baptismi profanationem sine reprehensione præteriturum.* Collaudant qvoqve explicationem hanc Andreas Hyperius, [o] Dn. D. Dreierus, [p] D. Calovius, [q] D. Danhaverus, [r] Jacobus Laurentius. [s] Nec videtur eam rejicere Scaliger, [t] qvi vult inesse verbis Pauli argumentum

g Homil. XL. in I Cor.

h lib. de resurr. Carnis.

i l. V advers. Marcion. c. 10.

k ad Codicem E. univ. Can. νζ.

l de ign. Purgat. § 55.

m de immort. anim. p. 57, 58, 59.

n in notis ad I Cor. XV.

o Comm. in h. l.

p Disp. de igne purgat.

q de meth. doc. & disp. p. 452.

r Act. I. dram. p. 447

s l. c.

t in notis ad h. l.

κατ' ἄνθρωπον, notariq; morem non probum suscipiendi baptismum propter mortuos ad officium refrigerii animarum censura Apostolica v. 34. qvod notandum contra Grotium, qvi [u] Scaligerum laudans, & Pauli locum commodius non posse explicari qvàm hoc modo existimans, ipse in Papæorum castra abiens Scaligero affricat, qvasi morem hunc agnoverit probum, qvem tamen pro *non probo* habet. Baronio qvoqve, ut alios præteream, hæc sententia arridet. [w]

[u] animadv. ad Cons. Cass. p. 93.

[w] ad ann. Chr. LVII, n. 165. 166.

SECUNDA est EPIPHANII, qui [x] Καλῶς δὲ, inquit, ἄλλοι τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντες φάσιν, ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν ᾦσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ κατ' ξιοῦνται, δεικνύντες, ὅτι ὁ τελευτήσας καὶ ἀναστήσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιδέεται τῆς διὰ τοῦ λουτροῦ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, *Benè alii dictum* (Pauli) *interpretantur, quod, qui morti vicini, si fuerint catechumeni, antè mortem lavacro digni habeantur, indicantes, quod moribundus & sit resurrecturus & propterea indigeat, quæ venit per lavacrum, remissione peccatorum.* Morem ille hunc ad clinicorum baptismum refert, quo nonnulli catechumeni, postquam baptismum diu distulissent, moribundi tandem in ipso lecto baptizari postulabant, ut ita sibimet & remissionis peccatorum fiduciam, & beatæ resurrectionis spem obsignarent. Habet hic mos in antiquitate suum fundamentum. De baptizatis in ægritudine meminit Concilium Neocæsariense anno Chr. CCCXIV. habitum [y] Ἐὰν νοσῶν τὶς φωτισθῇ, εἰς πρεσβυτερεῖον ἄγεσθαι οὐ δύναται, οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ' ἀνάγκης. Εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων. *Si quis in morbo constitutus illuminatus* (baptizatus) *fuerit, ad honorem presbyterii promoveri non potest, fides enim ejus non est ex proposito*

[x] l. c.

[y] Can. XII.

posito sed necessitate, nisi forte propter sequens ejus studium & fidem, atq; hominum raritatem. Concilium Laodicenum Anno D. CCCLXIV. [z] ὅτι δεῖ τὸς ἐν νόσῳ βαπτιζομένους [z] Can. XLVII. τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν, *Quod oporteat eos qui in morbo baptisma accipiunt, & postea convaluerunt, fidem edisc re & nosse, quod divino beneficio digni habiti sint.* Meminit etiam Cornelius Episcopus Romanus in Epistola ad Fabium Antiochenum, quæ apud Eusebium exstat [aa] de Novato loquens; Καταλιπὼν γάρ, inquit, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου καὶ χάριν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ ἐπιθεμένου αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὃς ἀκωλυόμενος ὑπὸ πάντας τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαικῶν πολλῶν, ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ ἀφὸ νόσου βαπτιζθέντα, ὥσπερ καὶ τοῦτος, εἰς κλῆρον τινὰ γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸν μόνον χειροτονῆσαι. *Ecclesiam Dei reliquit, in qua post fidem receptam Presbyterii honore dignatus fuit, favore Episcopi, qui manus illi ad sortem Presbyterii imposuit: qui quidem Episcopus ab omni clero, & etiam à multis laicis petitus (quoniam minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi) petiit ut hunc solum ordinare permitteretur.* Cyprianus ejusmodi baptizatos *clinicos* appellatos scribit, [bb] *Porrò*, ait, *quod quidam eos saluturi aqua & fide legitima Christi gratiam consecutos non Christianos sed clinicos vocant, non invenio, unde hoc nomen assumant, nisi forte qui plura & secretiora legerunt apud Hippocratem & Soranum κλινίκους istos deprehenderunt.* Cæterum duo, ut observat justellus, [cc] fuerunt clinicorum genera. Alii qui fidem quidem Christianam amplexi, necdum tamen baptizati, si in morbos inciderent, in ipsa ægritudine καὶ ἐν τῇ κλίνῃ decumbentes baptizabantur, uti Prætorem

[aa] l. VI. c. 43.

[bb] l. IV. Ep. 7

[cc] l. c.

Arinthæum in ipso vitæ exitu baptizatum memorat Basilius. dd Alii verò, qui professione Christiani & pietatis doctrina imbuti, ad extremum usq; ætatis baptismum consultò protendebant, simul & baptizari & mori volentes, ne post illum acceptum rursus peccarent, uti Constantinum Imperatorem extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatum esse, præter Eusebium, ee tradunt Socrates, ff Theodoretus, gg Sozomenus, hh Hieronymus ii & Nicephorus. kk Referunt huc nonnulli Concilii Carthaginensis A. D. CCCCXIX. celebrati canonem XVIII, quo interdicitur clericis, ἵνα μὴ τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων βάπτισμα μὴ δίδωται, *ut ne mortuorum corporibus Sacramentum baptismi applicetur.* Verùm id ne de moribundis, sed mortuis (quos etiam ex superstitione baptizabant veteres) intelligas, idem canon, qui secundum Græcum interpretem xx est, repetit: ἵνα μὴ τὸς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι πίστει ἡ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια, *ne quà recens mortui ex ignoratione Presbyterorum baptizentur.* Sententiam hanc Epiphanii *cæteris omnibus anteponendam* scribit Gvilielmus Estius, ll *simplicissimam* vocant Joh. Calvinus & Marloratus, mm suoq; calculo dignantur Nicolaus Hemmingius, Matthias Flacius nn & Gerh. Joh. Vossius, oo qui tamen unà cum Estio illud ὑπὲρ νεκρῶν non exponit *tanquam moribundi*, vel, *mortuis similes*, sed *pro mortuis*, i. e. *pro statu mortuorum*, ut sibi post mortem benè sit.

ee l. IV. de V. C. c. 62.
ff l. I, c. 26.
gg l. I, c. 32.
hh l. II, c. 34.
ii in Chronico.
kk l. VIII, c. 54.
ll in notis ad h. l.
mm ad h. l.
nn ad h. l.
oo disp. XII de Bapt. th. 2.

TERTIA & QVARTA est HIERONYMI, qui ad verba Apostoli ita commentatur; pp *Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus, id est, jam quasi commortui cum illo sumus. Quid ergò prodest nos huic mundo mori, si hunc contemtum voluptatum vita non sequitur*

pp Comm. ad I Cort. XV.

tur æterna? item hoc est quod dicit: quia non solùm propter remissionem peccatorum baptizantur, sed & propter resurrectionem carnis nostræ. Carnem autem nostram mortuam appellat, quoniam hac morte anima non moritur. Unde increpando ait: Aut quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omninò mortui non resurgunt? i. e, quid baptizari opus est carnem, si non resurgat? Posterior, quod sciam, à neminè hactenus approbata est. Ast cum priori convenire quodammodo videtur, quæ

QVINTA est CHRYSOSTOMI, qq qui de fide resurrectionis, in quam baptizamur, exponit hoc pacto: ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, τουτέστι, τῶν σωμάτων, καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦτο βαπτίζῃ, τοῦ νεκροῦ σώματος ἀνάστασιν πιστεύων, ὅτι οὐκέτι μένει νεκρὸν, καὶ σὺ μὲν διὰ τῶν ῥημάτων λέγεις νεκρῶν ἀνάστασιν· ὁ δὲ ἱερεὺς, ὥσπερ ἐν εἰκόνι τινὶ, ὅπερ ἐπίστευσας καὶ διὰ τῶν ῥημάτων ὡμολόγησας, δείκνυσι σοὶ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Πῶς καὶ τινὶ τρόπῳ; διὰ τοῦ ὕδατος. Τὸ γὰρ βαπτίζεσθαι, εἶτα ἀνανεύειν εἰς ἅδου καταβάσεως ἐστὶ σύμβολον, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀνόδου. *Super mortuis, id est, corporibus, super hoc enim baptizaris, quod corporis mortui resurrectionem credis. Et tu quidem verbis mortuorum resurrectionem profiteris. Sacerdos verò, tanquam in imagine quadam, quæ credidisti & verbis confessus es, monstrat tibi ipsis factis. Quomodo? per aquam immergi enim & postea emergere Symbolum est descensûs in sepulcrum & ex eo reditûs.* Sic ille, ad *duo* respiciens, *primò*, ad ea Symboli verba, quibus mortuorum resurrectionem & vitam æternam profiteri solebat olim baptizandus. Nimirùm apud Veteres gratiam baptismi suscepturi publicè, fidelium Populo audiente, Symbolum reddebant, & quidem ad interrogationem Episcopi. Concilium Laodicenum, rr ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδόμαδος ἀπαγ-

qq l. c.

rr Can. XLVI.

ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις, *Quod oportet eos, qui baptizandi sunt, fidem ediscere & quinta feria septimanæ Episcopo aut Presbyteris renunciare.* Vel, ut habet Martinus Bracarensis Episcopus; [ss] *Oportet ut in ipsis diebus hi qui baptizandi sunt Symbolum discant, & in quinta feria novissimæ septimanæ Episcopo vel Presbytero reddant.* Hinc tàm crebra *interrogationis* baptismalis apud Veteres mentio. Cyprianus; [tt] *Sed & ipsa interrogatio, quæ fit in baptismo, testis est veritatis. Nam cum dicimus, credis in vitam æternam & remissionem per sanctam Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari.* Hieronymus; [uu] *Cùm solenne sit in lavacro post Trinitatis confessionem interrogare, credis in sanctam Ecclesiam? credis remissionem peccatorum?* &c. Gennadius Massilienſis; [ww] *Baptizandus confitetur fidem suam coram Sacerdote & interrogatus respondet.* Ejusdem interrogationis atq; consuetudinis meminerunt etiam Tertullianus, [xx] Ambrosius, [yy] Nazianzenus, [zz] Cyrillus Alexandrinus, [aaa] Severus Alexandrinus, [bbb] & Beda. [ccc] *Secundò*, ad ritum baptizandi in Ecclesia Apostolica receptum, ubi aquæ immergebantur baptizandi, non ea tingebantur. Quod observavit Cajetanus, super locum Paulinum sic disserens; [ddd] *Ritus baptismi habet, ut, qui baptizantur, mergantur sub aqua, & per hoc repræsentent duas mortes, scil. propriam mortem moralem, & mortem Christi corporalem. Repræsentant enim se mortuos vitæ veteri, sicut Christus mortuus est vitæ hujus mundi. Mersio enim repræsentat sepulturam Christi mortui, ponens hominem, qui baptizatur, sub aqua, sicut corpus Christi positum est sub terra. Repræsentat quoq; hominem illum ita recedere à præterita vita, ut sit illi mortuus & sepultus. Similiter surgendo ex aqua repræsentatur duplex*

ss Collect. Can. Græc. c. XLIX.

tt lib. I, Ep. 12.

uu adv. Lucif. c. V.

ww de Eccl. dogm. c. LXXIV.

xx lib. de cor. mil.

yy de iis, qvi initiantur c. II, V.

zz de Cyprian. Orat. XVIII.

aaa Cont. Julian. l. VII

bbb de ritib. bapt.

ccc l. I. in Marc. c. I.

ddd Jentac. II. qv. 3.

plex resurrectio, & Christi corporalis & hominis spiritualis, ita quod ex hoc, quod homo surgens ex aqua repræsentat Christum à mortuis resurgentem, repræsentat quoq; seipsum resurgere in novam vitam spiritualem, nunc quidem quantum ad animam secundum rem; in futurum autem quantum ad corpus in spe. &c. Eodem respexisse videtur Theodoretus, verba Pauli hoc modo explicans; ccc Ὁ βαπτιζόμενος Φησι (Παῦλος) τῷ Δεσπότῃ συνθάπτεται, ἵνα τοῦ θανάτου κοινωνήσας καὶ τῆς ἀναστάσεως γίνηται κοινωνός. Εἰ δὲ νεκρὸν ἐστί τὸ σῶμα, καὶ οὐκ ἀνίσταται, τί δήποτε καὶ βαπτίζεται; *Qui, inquit* Paulus, *baptizatur, Domino consepelitur, ut, cum mortis fuerit particeps, sit etiam particeps resurrectionis. Si autem corpus est mortuum & non resurgit, cur etiam baptizatur?* Chrysostomi sententiam, uti solet, exprimit Oecumenius, qui fff Εὐδηλον, inquit, ὅτι εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν πιστεύσαντες βαπτιζόμεθα, ὡσεὶ ἔλεγε, τὶ πονήσουσιν οἱ ὑπὲρ νεκρῶν μὲν ὡς ἀνισταμένων καὶ πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες, ψευσθέντες δὲ τῆς ἐλπίδος, καὶ ἄλλό τι εὑρηκότες παρὰ τὰ προσδοκηθέντα; πόσα, Φησίν, ἀδημονήσουσι καὶ ἀποκλαύσονται, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς χριστὸν, ὡς ψευδῆ, λοιδορήσουσι; τοῦτο λέγει, τί ποιήσουσι; τοῦτ' ἔστιν, αὐτὰ ποιήσουσιν ἅπερ εἶπον. *Manifestum est, quod in resurrectionem mortuorum credentes baptizamur, ac si diceret; Quid facient qui pro mortuis quidem tanquam resurgentibus & crediderunt & baptisati sunt, falsi autem spe aliud quidpiam invenerunt præter ea quæ exspectabant? quantum, inquit, dolebunt & deplorabunt, fidemq; in Christum, tanquam mendacem, convitiis lacessent? hoc significat, quid facient? nempe hæc facient, quæ dixi.* Eadem habet Photius, ggg Ἐπεὶ τὶ ποιήσουσι, Φησὶν, οἱ βαπτιζόμενοι ὥστε μὴ εἶναι διαπαντὸς νεκροὶ, καὶ ἐν τῷ ἅδῃ κατέχεσθαι; οἷον, τῆς ἀναστάσεως, Φησὶ, μὴ οὔσης, οἱ ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσι βαπτιζόμενοι, ὥστε κατὰ θάνατον ἀναστῆναι, τὶ ποιήσουσι; *Alioqui, quid facient qui baptizantur,*

ccc ad h. l.

fff in h. l.

ggg apud eundem.

zantur, ne semper mortui sint & apud inferos detineantur? hoc est, si non sit resurrectio, quid facient ii, qui ob hujusmodi spem baptisantur, quò post mortem resuscitentur? Interpretationem hanc *omnium simplicissimam & planissimam* vocat Cornelius à Lapide, [hhh] amplectuntur Hugo de S. Charo, [iii] Joh. Georg. Grossius, [kkk] & Erasmus Schmidius. [lll]

[hhh] l. c.
[iii] in Postil.
[kkk] in Theatr. Bibl. ad h. l.
[lll] in annot. ad h. l.

SEXTA est SEDULII, qvi [mmm] *Pro mortuis*, inqvit, *id est, operibus qvæ generant mortem, impetratâ scil. eorum per baptismum remissione, abolendis.* Seqvitur hanc interpretationem Nicolaus Lyranus, *Pro mortuis*, dicens, [nnn] *id est, pro peccatis mortalibus, qvæ sunt opera mortua, pro qvibus abluendis recipitur baptismus, qvi tamen non proficeret, si non esset resurrectio. Ad hoc enim recipitur, ut à peccatis mundatus sit vitæ beatæ dignus.* Nec aliter Thomas Aqvinas, [ooo] *Ut per hoc qvod dicit mortuis, intelligantur opera peccati, qvæ sunt mortua, qvia carent vita gratiæ & ducunt ad mortem. Et secundum hoc plana est litera. Qvid scil. facient illi, qvi baptizantur pro mortuis, i. e. pro peccatis abluendis, si non sunt vitam gratiæ habituri?* Eandem expositionem approbant Hugo & Contarenus Cardinales, [ppp] Strabus qvoqve mentionem ejus injicit, qvando, *Pro mortuis*, inqvit, *id est, pro peccatis delendis.* [qqq]

[mmm] Cōm. ad h. l.
[nnn] ad h. l.
[ooo] ad h. l.
[ppp] ad h. l.
[qqq] in gloss. ord.

SEPTIMA est LUTHERI, qui vult alludi abs Paulo ad morem antiqvum, quo solebant Christiani in cœmeteriis baptizare super sepulcris mortuorum, ut testarenturipso facto credere se mortuorum resurrectionem futuram, vel, *quod mori mallent, quam religionem Christianam abnegare*, sicut hanc rationem allegat Andreas Osiander. [rrr] Ipse Lutherus; [sss] Die Aufferstehung zu bestärcken lieffen sich die Christen tauffen über den Todtengräbern/

[rrr] in notis ad I Cor. XV
[sss] in not. marg.

gräbern/und deuteten auff dieselbigen/ daß eben dieselbige würden aufferstehen. Sententiam hanc, ut *omnium simplicissimam, maximè literalem & ad scopum Paulinum accommodatissimam*, amplectitur B. Meisnerus; ttt ut *analogiæ fidei consonam & historiæ ecclesiasticæ congruam* quammaximè sequitur B. Hutterus, uuu approbat B. Frantzius, www eiq; robur quoddam ex Eusebio conciliare annititur. *Vide*, inquit, *Lector Eusebium l. 4. Hist. Eccl. c. 15. Postquam enim ibidem narratio de martyrio Polycarpi combusti ad finem est deducta, adjiciuntur ab Eusebio hæc verba; Cum ergò Centurio contentionem Judæorum cerneret, positum corpus in medio, sicut mos ipsis est, combusserunt, atq; ita nos tandem ossa illius pretiosis lapidibus pretiosiora & auro probatiora nacti condidimus, ubi id fieri debebat. Ubi etiam quoad fieri potest congregatis cum exultatione & gaudio Dominus natalem martyris sui diem, ad memoriam eorum, qui antea certarunt, & futurorum exercitationem ac præparationem celebrare largietur. Hactenus verba Eusebii, ex quibus colligere satagunt docti, quod ad locum sepultorum ossium Polycarpi convenerint cœtus Christianorum, ibiq; inter alia etiam baptizarint, & sic baptizarint ὑπὲρ τῶν νεκρῶν.* Eadem & plura pro hac sententia affert B. Balduinus, xxx qui post enumeratas alias, *Quod si propriam*, inquit, *significationem volueris, omnium optima est sententia B. Lutheri, qui locum hunc intelligit de veteri consuetudine primitivæ ecclesiæ, ubi baptismus in cæmeteriis administrabatur ad sepulcra mortuorum, idq; non modò in spem resurrectionis à mortuis, sed & ex necessitate quâdam. Nam primis ducentis annis à Christo nato Christiani templa ædesq; sacras non habebant, sed primùm in cœnaculis congregabantur, ut constat ex Act. I. & XX. deinde in cœmiteriis, quæ Christianis erant*

ttt de fict. Pap. Purg. c. V.
www wuuu in LL. p. 655, b.
www de Interp. sc. orac. LXXX.
xxx qvæst. V in I Cor. XV.

veluti templa & orationum loca, in quibus Episcopi Synodos congregabant, Sacramenta administrabant, verbum DEI concionabantur, ut loquitur Onuphrius lib. de rit. sep. mort. c. II. & Exempla hujus consuetudinis leguntur apud Eusebium l. 9. H. E. c. 2. l. 7. c. 10. Etsi verò ex Historiis indubitatum omninò non est, quod & tempore Apostolorum in cœmeteriis convenerint, verisimile tamen videtur ex hoc Pauli loco, neq; melior potest dari sensus hujus loci, si propriè baptismum intelligas, quam iste: Si mortui non resurgunt, cur ergò Christiani super sepulcra defunctorum baptizantur in solatium & spem indubiam futuræ resurrectionis? Joh. Piscatori Professori Hernensi expositio hæc *omnium simplicissima* videtur ut *quæ nec per se absurda sit, nec etiam verbis Apostoli vim faciat. Certè*, ait, *νεκρὸς significat propriè cadaver hominis, & præpositio ὑπὲρ cum Genitivo pro super vel suprà adnotandum locum crebrò reperitur apud Græcos, Homerum Iliad. B. Platonem in Timæo, Theophrastum lib. 3. de caus. Plant. in hujusmodi exemplis ὑπὲρ idem valet, quod ὑπερέχω. Præterea huic expositioni favet articulus præpositus.* Idem cum Piscatore sentit B. Gerhardus, qui, *Amplectimur*, inquit, *simplicissimam illam expositionem de ritu baptizandi Christianos ad sepulcra mortuorum, qui Symbolum fidei fuit & confessionis de resurrectione mortuorum, ac de collectione & consociatione baptizatorum vivorum spirituali cum membris unius ejusdemq; corporis mystici, quin & publica professio de morte pro Christi gloria & articulo resurrectionis obeunda. Hunc autem morem in primitiva ecclesia receptum fuisse testatur Epistola ecclesiæ Smyrnensis apud Eusebium l. 4. H. E. c. 15. Augustinus l. 20. de C. D. c. 9. & Lutherus in expl. h. l.* B. Quistorpius, postqvam Ambrosii sententiam adduxerat, camq; ut *simplicissimam* collaudaverat, addit; *Vel si hæc*

yyy in Schol. ad h. l.

zzz loc. de Sacram. §. 167.

aaaa in not. ad h. l.

non

non placet, hanc illorum reliquis præfero, qui ad mortuorum sepulcra Christianos esse baptizatos volunt. Non adhibeo ad hæc probanda Eusebium & Augustinum, qui in dubium à quibusdam vocantur loci, sed id verum esse ex antiquitate assero, quod Christiani primi super sepulcra martyrum & altaria & baptisteria ædificarunt. De Baptisterio Prudentius;

Electus Christo locus est, ubi corda probata
Provehat ad cœlum sanguine, purget aqua.
Hic duo purpureum Domini pro nomine cæsi
Martyrium pulcrâ morte tulêre viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte
Ac veteres maculas diluit amne novo.
Ante coronati scandebant ardua testes,
Atria, nunc lotæ celsa petunt animæ.

Militant etiam pro hac sententia præter commentatores Bibliorum Vinariensium, [bbbb] B. Glassius, [cccc] B. Walterus, [dddd] B. Ægidius Hunnius, [eeee] Menzerus, [ffff] Cundisius, [gggg] Dorscheus, [hhhh] Geierus, [iiii] qvi ei *tamdiu inhæsurum* se profitetur, *donec meliora edoceatur.* Adoptant eandem atqve à prima ferè antiqvitate commendant Gerh. Joh. Vossius [kkkk] & Caspar Barthius. [llll]

OCTAVA est BEZÆ, qvi [mmmm] verba Apostoli activè transfert hoc modo; *Qvid facient, qvi ablutione utuntur super mortuis?* existimans hic mortualem illam ablutionem intelligi, qvæ non apud Græcos saltem & Romanos in usu fuit, sed etiam Christianis recepta. De Dardanensibus Illyricis scribit Ælianus, [nnnn] Τρὶς λέεσθαι μόνον ἅπαντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, ἢ γαμέντας, ἢ ἀποθανόντας, *ter tantum per universam vitam lavari, post partum, cum nuptias celebrant, & post mortem.* De Latinis constat ex illo Ennii; *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.*

[bbbb] in notis.
[cccc] lib. III Gram. sacr. tr. 6.
[dddd] Harm. Bibl. p. 1419.
[eeee] ad h. l.
[ffff] Tom. II. Disp. Giessenf. d. 14. th. 294.
[gggg] in Tyrkiv. elench.
[hhhh] in Mysar. miss. p. 31,
[iiii] Disp. de prec. pro Def.
[kkkk] Disp. Theol. de resurr. carn. th. 18.
[llll] lib. XLIV adverf. c. 2.
[mmmm] in notis ad h. l.
[nnnn] l. IV. de var. hist. c. 1.

De veteribus Christianis præter ea qvæ leguntur Act. IX, 37. adducuntur etiam verba Tertulliani; oooo *Sed si Ceremonias tuas non frequento, attamen & illa die homo sum, non lavor diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen lavor honesta hora & salubri, qvæ mihi & calorem & sanguinem servet.* RIGERE ET PALLERE POST LAVACRUM MORTUUS POSSUM, qvæ ultima Beatus Rhenanus & Jacobus Pammelius pppp ad morem Christianorum, qvo lavabantur defunctorum corpora, referunt. Expositionem hanc Bezæ præ aliis commendant Batavi, qqqq **Eenighe verstaen het van de ghene die de Lichamen der doode Wieschen / also de woorden voor de Doode gheDoopt worden / ock wel konnen overgeset worden / over de Doode doopen / dat isz / waschen / welcke wyse van doen ten tyden der Apostels ghebruyklick waz /** Act. 9, 37. **ende het Woort Doopen altemet ock waschen betecknet** Marc. 7, 4. Luc. 11, 38. Hebr. 9, 10. **Het welck mit het ooghmerck des Apostels ock niet qualick over een komt.** Et Chamier, *Non dubitem sanè*, inqvit, *præferre hanc omnibus aliis, dum nobis aliam certiorem revelet DEUS.* rrrr

NONA est CLAUDII GVILLAUDi, Doctoris Parisiensis, qui vult Paulum loqui de baptismo sanguinis. *Baptizantur*, inquit ssss *pro mortuis martyres, qui patiuntur & affliguntur pro fide & articulo resurrectionis mortuorum.* Hunc secutus Joh. Maldonatus tttt confert locum Apostoli cum verbis Christi, *Baptismo habeo baptizari*, ac *Mortem*, ait, *& passionem suam baptismum appellare dubium non est, & omnes interpretes consitentur. Simile illud est apud Paulum 1. Cor. XV, 29. Quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis? i. e, qui pro resurrectione mortuorum defendenda moriuntur.* Eodem modo explicant Gagnejus & Bence Dd.

oooo Apol. adv. gent. c. XLII.

pppp in notis ad loc. Tertull.

qqqq in notis ad Bibl. Magna A. XLV edita.

rrrr Tom. III Panstrat. l. XXVI, c. 19, n. 35.

ssss in h. l.

tttt in Luc. XII, 50.

ce Dd. Sorbonici uuuu Ex Reformatis adstipulatur Franciscus junius, wwww *Altera*, scribit, *mihi magis probatur interpretatio de cruce & afflictionibus Christianorum, qui pro defensione & assertione Christi piorumq; in Christo dormientium perpetiebantur omnia ab infidelibus. Alioquin, ait Apostolus, si non est resurrectio mortuorum, quid facturi sunt, quid iis futurum est, qui baptizantur pro illis mortuis, i. e. affligunt pro defensione resurrectionis Christi & Sanctorum omnium, qui jam obdormierunt in Christo? si omninò mortui non resurgunt ulli, cur baptizantur pro illis mortuis, & crucem sufferunt in communione Christi pro illis mortuis & fide eorum asserenda.* Ab hac sententia non multum discrepat illa Tileni, quæ hunc loci Apostolici sensum esse vult, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *super, præter* & *ultrà* illos, qui jam ante propter confessionem Christi, vel saltem in illa mortui sunt, Quid causæ est, quod tot labores, dolores, pericula, mortem deniq; ipsam perpetiantur, si omninò mortui non resurgunt? cur super & præter illos mortuos eandem sine spe resurrectionis aleam subire, atque ita baptizari & in afflictiones demergi velint? xxxx Ex nostris approbat hanc expositionem B. Joh. Tarnovius. yyyy

uuuu ad I Cor. XV, 29. & in Manuali.

wwww in Bellarm. contr VI. de Purgat.

xxxx part. II Disp. 65. th. 28.

yyyy Exerc. Bibl. p. 649.

DECIMA est BELLARMINI, zzzz cui pro mortuis baptizari idem est, ac spontaneas afflictiones suscipere pro illis orando, jejunando &c. *Est igitur*, inquit, *Sexta expositio vera ac germana, quod Apostolus loquatur de baptismo lacrymarum & pœnitentiæ, qui suscipitur orando, jejunando, eleemosynas faciendo &c. & sensus sit; Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgent? i. e. quid facient, qui orant, jejunant, gemunt, affligunt se pro mortuis, si mortui non resurgunt? Ita exponunt Ephrem in suo Testamento, Petrus Cluniacensis in libro contra Petrobrusianos, Dionysius,*

zzzz lib. I. de Purgat.

sius, Hugo, Gagnejus & alii in h. l. Hæc expositio verissima est 1. quia baptizari passim in scriptura & Patribus accipitur pro affligi Marc. 10. Luc. 12. Cyprianus in serm. de cœn. Dom. & Proœm. libr. de exhort. martyr. Nazianzenus orat. de Epiph. 2. quia ipsa pœna Purgatorii à Scriptura & Patribus vocatur baptisma Matth. 3. ipse vos baptizabit in Sp. S. & igne. B. Hieronymus exponit, in Sp. S. in hac vita, igne verò in futura, sicut ante eum exposuerat Basilius lib. de Sp. S. c. 15. & post eos Beda in Luc. 3. item Nazianzenus in fin. orat. de Epiph. vocat ignem Purgatorii in alia vita ultimum baptisma. Itaq; elegantissimè Apostolus dixit eos baptizari pro mortuis, qui affligentes se oratione & jejunio sumunt in se partem illius baptismi ignei, quo animæ baptizantur in Purgatorio. 3. quia hæc expositio maxime quadrat cum sequentibus; Ut quid & nos &c. quasi dicat, cur quidam se affligunt orando pro mortuis, & ego affligo me prædicando Evangelium, si mortuorum resurrectio non est? 4. quia ista sententia eadem est cum illa 2. Maccab. 12. Si mortui non resurgunt, superfluum est & vanum orare pro mortuis. Eandem interpretationem reperies apud Tirinum, Salmeronem, Emanuelem Saa, Menochium, [aaaaa] Stapletonum, [bbbbb] Bailium, [ccccc] Tannerum, [ddddd] Henricum Henriquez, [eeeee] Fevardentium, [fffff] Angelum del Pas, [ggggg] Costerum, [hhhhh] Becanum, [iiiii] Georgium Tyskivicium, [kkkkk] Mülmannum, [lllll] Bernhardinum Vetvveis, [mmmmm] & quamplurimos alios.

[aaaaa] ad h.l
[bbbbb] in Antid. p. 807.
[ccccc] Catech cont. tract. II, qv. 44.
[ddddd] Tom. IV Th. Schol d. 6. q. 8. dub. 1
[eeeee] Summ. Th. moral. l. II, c. I, §. 3.
[fffff] l. XII. Theom.
Calv. c. 5. v. 1.
[ggggg] expos Symb. Apost T. I. l. 7. c. 12.
[hhhhh] Enchir. c. 11.
[iiiii] l. I. Man. c. 8.
[kkkkk] Theol. antilog. Luth. qv. 12.
[lllll] de Purgat. §. 22.
[mmmmm] in spec. ver. & falsi eccles. l. VIII, c. 3. a. 2.
[nnnnn] in anmot. ad h. l.

UNDECIMA est HEINSII, [nnnnn] qui vivos vult dici pro mortuis baptizari, quando *mortuorum nomina in baptismo ipsis imponuntur*. Nimirùm vetus illa, quæ etiamnum hodie obtinet, erat consuetudo, ut, quemadmodum in circumcisione, ita etiam in baptismo baptizatis nomina, & quidem martyrum sanctorum, patrum aut suorum,

suorum, qui virtute ac probitate excelluissent, imponerent, ut sic vivere, sic superesse viderentur: quo ipso contestabantur Deum, qui cum his vita mortali exemtis æternum in baptismo fœdus contraxerat, eorum etiam in morte Deum esse Matth. XXII, 23. vivere ergò hos, in quorum memoriam baptizabantur, & olim in omnis carnis resurrectione resurrecturos confitentur, uti loquitur B. Quistorpius, qui expositionem hanc referens nec probat, nec improbat, ooooo

ooooo loc. sup. c.

DUODECIMA est LUDOVICI de DIEU, qui hanc affert loci Apostolici interpretationem, ppppp *Apostolus*, inquit, *in toto hoc capite agit de beata illorum resurrectione, qui in Christo obdormiverunt. Non alios ergo & hic mortuos intelligit, pro quibus frustra ait vivos baptizari, si non sunt mortui illi resurrecturi. In confesso est apud omnes, baptismum esse Sigillum resurrectionis, tùm quia corpori fidelium collatus notat, illud quoq; ut mortis, ita & resurrectionis Christi particeps esse: tùm quia est Sigillum fœderis, cujus promissio est, Ego sum Deus tuus, ex qua Servator resurrectionem potentissimè infert. Luc. 20, 37. 38. Præcipuè autem tenendum, Baptismum, veluti primum fœderis Sigillum, publicè in Ecclesia collatum, non singularibus tantùm illis personis, quibus confertur, promissiones fœderis obsignasse, sed & universæ ecclesiæ, tum militanti, tum triumphanti, tum viventium, tum mortuorum. quippe qui unam eandemq; cum illis constituentes ecclesiam, &, ut illi, spe tantum adhuc salvi facti, complementum promissionum fœderis continenter exspectant. Quotquot ergò in ecclesia baptizantur, non pro se tantum, sed & pro mortuis fidelibus baptizantur: non ad eos juvandos, aut liberandos, aut sublevandos, aut eorum loco, sed ad stabiliendas indesinenter promissiones fœderis, ipsis factas & adhuc implendas,*

ppppp anim. adv. ad h. l.

adeò ut, qvamdiu & qvoties baptismus administratur in ecclesia, tamdiu & toties renovetur facta mortuis promissio, Deum esse Deum ipsorum. Et qvia Deus non est Deus mortuorum, sed viventium, vivere ipsos Deo promissione, qvocircà necesse esse, ut aliqvando ipsi vivant actu. Unde firmiter concluditur, frustrà vivos pro mortuis baptizari, si non sunt resurrecturi.

qqqqq T. II, p. III. qv. 69. Disp. 157. c. 3. v. 51. seqq.

DECIMA TERTIA est VASQVEZII, qqqqq qvi vult Paulum alludere ad locum Syracidis c. XXXIV, 30. & loqui de iis, qui ex contactu mortuorum immundi aqua purgabantur lustrali Num. XIX, qs. d. Si nulla resurrectio est futura, ceremonia ablutionis & lustrationis post contactum cadaveris inutilis est censenda, qvia per illam nihil aliud significatum, qvàm carnem morte pollutam & corruptam non perpetuò in morte mansuram, sed aliquando resurrecturam. Sententiæ huic non obscurè favere Joh. Coccejum, Professorem Batavum Lugdunensem, verba ejus nos satis edocent, quæ hæc sunt:

rrrrr Comm in Hebr. IX, 13. 14.

rrrrr Non putandum est, nihil agere eos, qui secundùm legem Mosis βαπτίζονται ὑπὲρ νεκρῶν, hoc est, lavantur propter mortuos, ut retineam phrasin Apostoli, quæ est 1 Cor XV, 29. Syrachides dicit cap. XXXIV, 25. ὁ βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ. Non, inquam, Deus hunc ritum instituit frustra, sed ut aliquid doceret, s. potiùs ut aliquid in memoriam revocaret. Non potuit autem aliud quid docere, vel in memoriam revocare, quam quod in mysterio fidei continebatur, s. id jam verbis explicatum esset, s. deinceps explicandum esset in posterum. Ergò ex analogia mysterii de significatione statuendum est. Pollutio, qua lex gravat eum qui cadaver hominis tetigit, quid potest significare, nisi communionem mortis? in uno homine moritur natura humana, ut in quovis membro corpus. Mors unius est particula mortis totius generis. Quod moritur, quodq; mortuum est, id

non

non aptum est ad regnum Dei. Id enim est regnum vitæ. Mors autem corporis mortis spiritualis argumentum est. Qui agit in medio sanctorum tanquam vivus, quùm sit mortuus in peccatis, Deum violat. Neque minus ille, qui spem non habet in Deo vivo & vivificante mortuos: sine qua spe nemo vivit Deo. Atqui inhabitatio Dei in medio populi moribundi testatur, eum qui Deus ipsorũ vocari voluit, ipsi s. propter ipsum victuros. Quod morte polluti redeunt ad sanctuarium purificati, quid aliud significare potest quàm reditum ex morte in vitam? & quidem illius corporis, quod lavacrum illius παλιγγενεσίας (*Matth. XIX, 28*), *Symbolum susceperit? Quare, qui id Symbolum adspernatur, tabernaculum Dei polluit, non dans Deo gloriam resuscitationis mortuorum: quasi vel abnegaret Dei habitationem in hominibus, vel eam statueret esse in hac tantum vita, quæ est mortalis.* Suam quoque facit hanc sententiam D. Sebastianus Schmidius, Professor Argentoratensis.[sssss]

[sssss] Disp. de Bapt. sup. mort. membr. III.

DECIMA QUARTA est ALEXANDRI MORI,[tttt] qui τ νεκρῶν per enallagen numeri positum vult pro ℈ νεκρῷ, intelligens per τ νεκρὸν Christum, ut baptizari pro mortuis idem sit ac baptizari baptismo Christi. Verba ejus hæc sunt: *Dixerat Paulus, miserrimos fore mortalium Christianos, si tantum in hac vita sperarent in Christo: quod jam probat exemplo martyrum, deinde suo proprio. Si nulla est omninò resurrectio & spes post hanc vitam, quid illis fiet qui mortem oppetunt pro Christo ità mortuo ut nec ipse resurgat? quid miserius erit illis? aut quid nobis, inquit, fieri poterit stultius, qui pro illo mortuo non quidem oppetimus mortem, sed tamen, totidem quasi mortes, quotidiè discrimina capitis adimus? Annon melius illi vitam redemissent, abnegato illo mortuo? annon prudentiùs nos jucundè vitam ageremus, Epicuræorum in morem? quam Sectam sibi præ cæteris placitam*

[tttt] in notis ad h. l.

citam, cum Christianus non esset, Augustinus confitetur. Ad verba quod attinet, nulla difficultas esset, si Paulus dixisset, οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν χριστῶν, vel ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Nam baptizari pro Christo nihil aliud significare potest quàm quod alibi dicitur, baptizari baptismate Christi. Baptismum sanguinis vocant. Cur autem dixit ὑπὲρ τῶν νεκρῶν pro ὑπὲρ τῶν νεκρῶν? non insolenti enallage, ut 2 Paral. 24, 25. & Gen. 21, 7. item Exod. 4, 14. & Matth. 2, 20. Accessit causa propria cur Paulus nollet Christum districtè vocare τῶν νεκρῶν, quia res erat infanda Christum ità mortuum esse, hoc est, periisse: nam ejusmodi mortuorum Deus non est Deus. Ut igitur mitigaret duritiem ac duritatem rei, quæ nec sine horrore audiri, nec sine blasphemia cogitari potest, in universum dicere maluit.

DECIMA QUINTA est illustris Fœminæ, ANNÆ MARIÆ à SCHURMAN, ιιιιιι quæ vult Paulum, admissâ ironiâ, deducere Corinthios ad absurdum hac ratiocinatione: Si mortui non resurgunt, frustrà tot tantosq; labores subeunt *pro mortuis*, i. e. *pro fidelibus & electis*, per *ironiam*, quia, juxtà erroneam adversariorum Corinthiorum opinionem, pro mortuis reverà erant habendi.

ιιιιιι apud Cloppenburgium Disp. sel. XIV, §. 14. seqq.

DECIMA SEXTA est ipsius CLOPPENBURGII, qui per τῶν νεκρῶν intelligit certos quosdam mortuos, nempe eos, qui ex quingentis fratribus obdormiverant in Domino, ex quibus nonnulli martyrio coronati, Stephanus Act. VII, 60. Jacobus c. XII, 2. Propter illos baptizatos vult eos, qui, postquam aut viventes illos audivissent aut spectassent morientium in testimonio de Christi resurrectione constantiam, & validissimarum consolationum in morte experientiam; illis Magistris gloriabantur se Christum didicisse, & ad illorũ memorias baptismum petebant.

DECIMA SEPTIMA eaq; ULTIMA est D. BROCHMANNI

MANDI wwwww qui existimat Paulum suam ipsius mentem explicare I Thess. IV, 13. nec aliud quid verba ejus sibi velle, quàm negatâ mortuorum resurrectione non suppetere nobis ullum argumentum solidum, quo firmiter stat. tuminare liceat hos, quos luctus acerbior de mortuorum sive parentum sive amicorum prostravit. Hanc esse simpliciſſimam omnium, quas viderit, expositionum, testatur Joh. Tobias Major. xxxxx

wwwww Part. III. Syst. Theol. art. de mort. c. II. qv. 2. dub. 2.

xxxxx de Orat. pro defunct. cont. Grotium c. II, §. 140.

§. 2. In hoc sententiarum positus divortio cui meum calculum addam etiamnum animi pendeo & ancipitibus distrahor judiciis.

In PRIMAM, quæ sub Ambrosii sese exhibet nomine, utpote &*simpliciſſimam* & *antiquiſſimam* propendere me quam maximè ante biennium cum scriberem, yyyyy me minime addidisse: *In ea, quæ proposui hactenus, nonnisi timidè & retractanter inclino.* Antiquissimam esse & *in comparatione* simpliciſſimam necdum nego. Quominus tamen firmiter ei inhæream, *duo* inprimis me movent, *primò* quia vix credibile, Apostolum in materia tam ardua argumento uti voluisse tàm infirmo. Aut enim error ille, ex quo κατ' ἄνθρωπον argumentari Paulum volunt Viri summi, in ecclesia Corinthiaca catholicus fuit atq; publicus, aut privatus & particularis. Si particularis, *non videtur probabile*, ut rectè inquit Lyranus, zzzzz *quod Apostolus in sua probatione procedat ex aliquorum errore, quia non esset probatio simpliciter, sed tantum ad illos errantes, ducendo illos ad illud quod habebant pro inconvenienti.* Gemella planè habent Vasquez, aaaaaa Estius & Heinsius. bbbbbb Catholicum autem non fuisse hunc errorem, vel exinde constat, quod Paulus leviora graviori perstringens elencho, hunc sine reprehensione solida & prolixa dimittit. At, inquit

yyyyy Semic. II, qv. 16. §, 6.

zzzzz l. c.

aaaaaa ad III Thom. t. 2. qv. 69. a. 10. Disp. 157, c. 1.

bbbbbb ad h. l.

Vir magnus, D. C. *non opus erat reprehensione. Nempe baptismi susceptionem nequaquam mortuis, sed vivis injunctam fuisse & prodesse posse, aliunde & ex ipsa rei ratione baptismiq; institutione constabat.* Sed constabat etiam, profana sympoſia dominicæ cœnæ permiſcenda haud eſſe; nihilominus Corinthiis id facientibus primam Chriſti inſtitutionem ob oculos ponere neceſſe habuit Apoſtolus. Conſtabat utiq;, & quidem ut fidei principalis quidam articulus, reſurrectionem mortuorum futuram, quam tamen negantibus Corinthiis haud unis obviam ire argumentis opus eſſe duxit Apoſtolus. Sed demus, potuiſſe ſubticere: quid dum eum nominat? *obſecro, an veriſimile eſt, Sacrilegium, quo baptismus inquinaretur ac traheretur in aburum prorſus magicum, Apoſtolum protuliſſe vice argumenti, & non uno ſaltem verbulo notaſſe vitium? Cum de rebus non maximis agitur, parentheſin tamen inſerit, ſe loqui ſecundum hominem: an hic parentheſi non erat aptior locus & opportunior? nunc quod ſine ulla reprehenſione commemorat, quis non recipiat tanquam licitum?* haud immeritò ſcribit Calvi-
ccccc ad h.l. nus. ccccc inſtat Vir Magnus, *Neq; verò Apoſtolus reprehenſione penitus abſtinuit. Ipſe enim ſermo & loquentis ſive ſcribentis geſtus indignantis & reprehendentis videtur eſſe.* At plus quam nudum indignantis ſermonem aut geſtum merebatur inſignis adeò baptismi profanatio, inprimis ſi conſideremus, quàm graviter quamq; ſolidè contrà eos egerit Apoſtolus, qui in levioribus deprehendebantur erratis, *v.g.* qui coram judicibus infidelibus ſcandalosè litigabant, c. VI. qui libertate Chriſtiana abutebantur, & ipſis quoq; ſpiritualibus donis c. VIII. & XII. Sive autē Catholicus error iſte fuerit, ſive particularis, nemo noſtrùm, opinor, credet facile, ex errore vel Hæreticorum, vel aliorum,

rum, quos hæretici posteà sunt secuti, confirmare voluisse dogma fidei Christianæ Apostolum. *Secundò*, quia probatum nondum est, vicarium illum baptismum, quem ex suprema antiquitate Tertullianus & Epiphanius afferunt, tempore Apostoli fuisse receptum, quem, si fuisset, nec toleraſſet, nec reticuisset Paulus, utpotè per quem sacrosancta actio baptismi in ludicrum aliquod spectaculum convertebatur, & Deus ad baptismum præcisè alligabatur, quasi in casu necessitatis absq; baptismo defunctos in gratiam recipere vel non velit, vel non possit. Unica Ambrosii autoritas rei tantæ probandæ haud sufficit. Imò nec Ambrosius autor est commentariorum illorum, sed Hilarius diaconus Romanus. Epiphanius morem hunc Cerinthianis, Tertullianus Marcionitis tribuit; at nec hi, nec illi, tempore Apostoli vixerunt. Quod abs Cerinthianis factitatum esse creditur, non statim factum est tempore illo, quo cum Apostolis vixit Cerinthus. Et dato, sed non concesso, quod postulant nonnulli, ut saltem vivente Cerintho rarius & magis clam id fuerit factum; tamen non est credibile voluisse argumentari Apostolum ex facto clandestino & apocrypho, de quo palàm non constabat, in Epistola catholica inscripta quidem Corinthiis, sed scripta omnibus ubivis locorum invocantibus nomen Jesu Christi, 1. Cor. 1. 2. uti non abs re monet Cloppenburgius. *ddddddd* *ddddddd l. c. §. 5.*

Nec probabilior multò videtur mihi sententia SECUNDA, quæ est EPIPHANII. Vix enim credibile, quod mos ille perversus baptismi in mortis articulum usq; differendi Apostolico illo seculo jamtum inter Christianos invaluerit: & multò minus verosimile, Apostolum morem illum superstitiosum pro confirmando fidei dogmate voluisse,

luisse allegare, quem sequioribus seculis ab orthodoxis Patribus acriter legimus reprehensum. Tertullianus enim, *Omne præterea*, inquit, *cunctationis & tergiversationis ergà pœnitentiam vitium præsumtio intinctionis importat, certè enim indubitatæ veniæ delictorum medium tempus interim furantur, & commeatum sibi faciunt delinquendi.* Et Nazianzenus; *Baptizemur hodiè, ne cras vi aliqua majori cogamur, ne beneficium tanquam injuriam prorogemus, nec exspectemus, ut plura peccata congeramus, quò plura nobis condonentur: nec graviori onere premamur, quàm vires nostræ ferre queant, ne unà cum navi aquis obruamur, ac baptismi gratiam naufragio amittamus; ac, dum plura spe atq; animo concipimus, omnia perdamus* &c. Deinde, nec sensum hunc sermonis Græci natura admittit. Νεκρὸς *mortuum* designat, non *morti vicinum*. Et aliud est *mortis causa*, aliud *baptizari pro mortuis*. Non hic mortui, vel moribundi, sed alii pro mortuis baptizari dicuntur. Quod de *statu mortuorum* afferunt Estius & Vossius, subtile magis est quàm solidum. Neq; enim νεκρὸν mortuorum statum Græcis denotat, nec Paulo quæstio est de statu mortuorum, sed ipsis mortuis defunctis.

eeeeee lib. de pœnit.

fffff Orat. in S. baptisma.

TERTIAM, quæ HIERONYMI est, non admittit particula ὑπὲρ, quæ vult, ut alii sint qui baptizantur, alii mortui, pro quibus.

QVARTA autoris EJUSDEM & vim infert textui originali, & eadem cum priori premitur difficultate, quam ob causam à nullo ferè allegata hactenus est.

QVINTA eaq; CHRYSOSTOMI quà repræsentationem mortis atq; resurrectionis typicam in Baptismo fieri solitam ad eundem impingit scopulum. Et certè nimis durum est dicere, eum pro mortuis baptizari qui mortuo-

mortuorum resurrectionem aliquo modo repræsentat. Nec quod de recitatione Symboli initiandis injuncta affertur, ad rem quicquam facere videtur. Aliud certè est, *baptizari in symbolum de resurrectione mortuorum*, aliud *baptizari pro mortuis*. Præterea dubium adhuc est, an ætate Pauli Symbolum fuerit confectum, & à baptizandis requisitum. Non equidem ignoro veterum hac de re sententiam. Citatur Ambrosius, qui *Duodecim*, inquit, *ggggg Apostolorum Symbolo fides Sancta concepta est, qui velut periti artifices in unum convenientes clavem suo consilio conflaverunt*. Sed dubitandum omninò, an hi sermones auctorem agnoscant Ambrosium. Reperiri eorum aliquos inter Sermones Augustini certissimum est. Primus inter Ambrosianos est apud Augustinum de Sanctis XXXI, & secundus XXXIII, vigesimus quintus est nonus Augustini, & hic ipse, quem sub manu habemus, trigesimus octavus est inter Augustini sermones de tempore septuagesimus tertius. Citatur ergò Augustinus, *hhhhhh* cui tamen suppositos esse sermones de tempore non dubitant affirmare Viri magni. At Ruffinus *iiiiii* disertè scribit, discessuros ab invicem Apostolos normam prædicationis in commune contulisse & Symbolum communi consensu composuisse. Cui concinit Leo I. Episcopus Romanus ad Pulcheriam Augustam *kkkkkk Ipsius*, inquiens, *Catholici Symboli brevis & perfecta confessio, quæ est Apostolorum totidem signata sententiis*. Sed probari id non potest, nec ratio est quæ persuadeat, quemq; Apostolorum exiguam istiusmodi particulam ad Symbolum illud contulisse. Dubium interim non est, quod prædicatum sit ab Apostolis & exactè cum doctrina Apostolica consentiat, uti probatum dedimus alibi. *llllll* Id quoque satis certò constat,

ggggg Serm XXXVIII ad pop.

hhhhhh Serm CLXXXI. de Tempore.

iiiiii Præf. in Symb. Apost.

kkkkkk Epist. XCVI.

llllll Serm. II qv. 35. §. 3.

ſtat, quid inter omnia Symbola ſit antiquiſſimum. Ac proinde probabile valde eſt ab Apoſtolis vel ſimile quid, vel aliquid ejus promanaſſe, quod ab ipſorum diſcipulis, Viris Apoſtolicis, in hanc formam eſt redactum, eccleſiæ traditum ut Catechumenis proponeretur, atque ſic per manꝰ ad nos qvoq; propagatũ. Sed demus, fuiſſe ipſis Apoſtolorum temporibus in uſu, ut Symbolum requireretur abs tingendis, exinde tamen nondum conficitur, reſpexiſſe Paulum hoc loco ad illam fidei profeſſionem. Primitus enim in eccleſia Apoſtolica ſimplex hæc forma à baptizandis exigebatur, *num crederent in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum:* poſt Apoſtolorum ſeculum acceſſit demùm illa, πιστεύω εἰς νεκρῶν ἀνάστασιν, usque dum totum Symbolum, quod Apoſtolicum dicitur, à candidatis baptiſmi recitaretur, ut ex antiquitate prolixè confirmat Grotius. mmmmmm Reſpuit inſuper expoſitionem hanc articulus ὀρθικὸς, innuens non pro quibusvis mortuis baptiſmum ſuſceptum eſſe, ſed certis individuis: at in fidem de reſurrectione mortuorum baptizabantur omnes.

mmmmmm ad Matth. XXVIII, 19.

SEXTA, quæ SEDULII eſt, præterquam quod *contorta* eſt ac non parùm *violenta*, & *literam deſerit*, & *Scripturæ* alioquin uſitatum *Stylum*. Peccata in ſacris literis dici ἔργα νεκρὰ ex Hebr. IX, 14. conſtat, at nullibi vel νεκρὰ dicuntur *ſine addito*, vel *cum articulo* τὰ νεκρὰ. De *perſonis* loqui Apoſtolum, non *operibus*, ex addito verbo *reſurgendi* patet, quod operibus nulla ratione convenire poteſt.

SEPTIMAM, quam LUTHERUS affert, interpretationem utrâvis ego quidem manu apprehenderem, ſi conſvetudo illa baptizandi ſuper ſepulcris mortuorum in cœmeteriis autoritate Veterũ ſatis comprobata eſſet, *Cæterùm*

ut

ut verbis B. Calixti utar, nnnnnn *iste mos in nulla omninò historia vel antiquitate sui aliquod vestigium reliquit, nec ullam habet verisimilitudinem. Obtinebat enim cùm apud Judæos, tum Græcos & Romanos, ut sepulcra extrà urbes essent. De Judæis res nota ex historia Evangelica Matth. VIII, 28. Luc. VII, 12. Joh. XIX, 14. Ab Athenienſibus M. Marcello, quamvis illuſtri Viro, qualibus tamen is honor Romæ aliquando habebatur, locum ſepulturæ intrà urbem ut darent, impetrare non potuit Servius Sulpitius, quod religione ſe impediri dicerent, neq; id antea cuiquam conceſſiſſent. Ita enim ad Tullium Ciceronem ipſe perſcribit Sulpitius 4. ad famil. ep. 12. Et ne de Corintho dubites; teſtis eſt Pauſanias lib. 2. accedentibus ad eam occurrere in via tumulos cum alios, tum, prope ipſam portã, Diogenis Sinopenſis, quem canem Græci appellárunt. Nemo itaq; ſibi perſuadeat, Apoſtolico ſeculo defunctos, ut hodiè fieri amat, à Chriſtianis intra ſacras ſuas ædes vel prope eas (quamvis nec ipſas illas, cùm Apoſtolus ſcriberet, habebant.) humari conſuevisſe. Sepeliebantur qui lautiore erant fortuna, in ſuis fundis, hortis vel agris, &, ſi fieri poſſet, ſecundùm vias publicas. Chriſtianos hic quicquam innovare vel mutare nihil attinebat; neque verò leges, neque conſuetudo permittebant. Quis autem credat, illos baptiſmum collaturos urbibus exiviſſe, &, deſertis congreſſibus, quos in domibus inſtituerant, ſub dio & in viis publicis Sacramentum adminiſtraſſe? Imprimis cum ritus Sacramentorum eccleſiaſticorum, ſi non Apoſtolorum, aliis tamen proximè ſubſecutis temporibus, gentiles & profanos, quam maximè poſſent, celatum irent. Inde totiens Chryſoſtomus; ἴσασιν οἱ μεμυημένοι.* Quæ ex *Euſebio, Auguſtino, Prudentio & Onuphrio* pro confirmando hoc Veterum ritu adducuntur ab auctoribus, aliena ſunt, nec probant quod probare debent. Apud *Euſebium* Epiſtola Smyrnenſium

nnnnnn l. c.

ooooooo ex edit. Paris. Rob. Steph. a. 1544.

de martyrio Polycarpi in Græco oooooo ita habet; ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατοντάρχης τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν. οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμότερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστὰ αὐτοῦ, ἀποθέμεθα, ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. ἔνθα, ὡς δυνατὸν, ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἰς τε τῶν προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν, hoc est, pppppp *Cum ergò Centurio contentionem Judæorum cerneret, positum corpus in medio, sicut mos ipsis est, combusserunt. Atque ita nos tandem ossa illius pretiosis lapidibus pretiosiora & auro probatiora nacti, condidimus, ubi id fieri decebat: ubi etiam, quoad fieri potest, congregatis cum exultatione & gaudio Dominus natalem martyris sui diem, cum ad memoriam eorum qui antea certârunt, tum ad futurorum præparationem celebrare largietur.* Quis hic illius consvetudinis vestigium advertit, quâ baptizati olim dicuntur Christiani in cœmeteriis super sepulcra mortuorum? Nihil aliud ex Smyrnensium verbis habemus, quam cœpisse jamtum Christianos *martyrum passiones & dies*, uti Cyprianus loquitur, *anniversaria commemoratione celebrare*, cujus moris hinc inde meminerunt Veteres. Refert de Gregorio Thaumaturgo Gregorius Nyssenus, qqqqqq *instituisse* illum τὰς ὑπὲρ τῶν ἐνηθληκότων τῇ πίστει πανηγύρεις, *conventus in honorem eorum, qui pro fide decertassent:* Κὶ διαλαβόντες ἄλλος ἀλλαχῇ τῶν μαρτύρων τὰ σώματα, κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἐναυσιαίου κύκλου περίοδον συνιόντες ἠγαλλίαντο τῇ τιμῇ τῶν μαρτύρων πανηγυρίζοντες, *cumq; alius in alium locum corpora martyrum detulissent, per anniversarium annui circuli ambitum congregati exultabant in honorem martyrum diem festum celebrantes.* Consonant, quæ habet Gregorius Nazianzenus, rrrrrr Τοῖς μάρτυσι τῆς ἀληθείας

pppppp ex edit. Lat. Grynæi Basileens.

qqqqqq in vita ejus.

rrrrrr serm. de am. paup.

θείας μαρτυρίας, ἵνα ὧν τῶν ἀγῶνας ἡμῶμεθα τιμῶμεν εὐσέβειαν. *In honorem testium veritatis* (martyrum) *diem festum celebramus, ut, quorum veneramur agones, eorum sectemur pietatem.* Hæc ad Eusebium. Nihilo plus lucrantur his *Augustini* verbis: ssssss *Neque enim piorum animæ mortuorum separantur ab ecclesia, quæ etiamnunc est regnum Christi. Alioqui nec ad altare fieret eorum memoria in communione corporis Christi: nec aliquid prodesset ad ejus in periculis baptismum currere, ne sine illo finiatur hæc vita: nec ad reconciliationem, si fortè per pœnitentiam malamve conscientiam quisque ab eodem corpore separatus est.* ssssss l. XX. de C.D. c. 9. De *baptismo ejus*, h. e. Christi, loquitur Augustinus, non de baptismo pro mortuis, nec vel leviſſimam *sepulcrorum* aut *baptismi super sepulcris administrati* mentionem facit: sed de regno Sanctorum cum Christo per mille annos sermonem faciens, probare vult Sanctos demortuos pertinere ad illud regnum, quia mysteriorum divinorum participes facti sint. Advertit hoc B. Walterus, quapropter *Ex his*, inquit, *verbis quomodo possit evinci super mortuorum tumbas alios esse baptizatos, & quidem tempore Apostolorum, ipse quoq; non video.* Prudentii, *Poëtæ*, auctoritas non cogit. At sit: fuerint tempore *Prudentii*, qui sub finem seculi IV. vixit, baptisteria in martyrum sepulcris exstructa, non licet tamen argumentari à seculo Prudentii ad seculum Apostolicum, in quo usus baptisteriorũ nullus fuit. Nam etiam post Apostolorum tempora primitus administratum esse in fontibus & fluminibus baptismum, testis est Walefridus Strabo, qui *Sciendum autem*, ait, ttttt *primò simpliciter in fluviis vel fontibus baptizatos credentes.* ttttt de reb. Eccles. c. XXVI. Postea processu temporis baptisteria instituta fuerunt, sed extra ecclesiam. Cyrillus Hierosolymitanus;

uuuuuu Catech. 4. wwwwww Ep. XII. ad Severum. xxxxxx de consecr. dist IV, c. 106. yyyyyy de rit. sep. & cœmit. vet. c. XI.

uuuuuu *Primùm ingressi estis in porticum domus baptisterii.* Paulinus; wwwwww *Tu verò etiam baptisterium, Basilicis duabus interpositum, condidisti.* Tandem in parochialibus ecclesiis constituta. xxxxxx *Onuphrii*, scriptoris recentioris, verba hæc sunt; yyyyyy *Veteris ecclesiæ primitivæ Patres suæ cœmeteria habuerunt. Ea I. Cor. XV. B. Paulus innuit. Deinde, quia solebant ad sepulcra sanctorum martyrum, quorum Sacrosancta erat memoria, anniversario die passionis eorum convenire, ampla & capacia cœtibus publicis orationum loca cœmeteriis adiuncta etiam cœmiteria appellârunt. Legimus veteres Romanos Pontifices inter martyrum tumulos stationes, i. e, omnes actus publicos Pontificales celebrare consvevisse. Itaq; hæc cœmiteria erant Christianis (quod & nunc sunt,) veluti templa & orationum loca, in quibus Episcopi Synodos congregabant, sacramenta administrabant, verbum Dei concionabantur.* Non negamus, veteres ad sepulcra martyrum suorum subinde convenisse, ibiq; sacra celebrasse. Disertè enim

zzzzzz l. V. Hist. trip. c. 3. aaaaaaa l. VII. c. 10.

Cassiodorus; zzzzzz *Populus jejunans est egressus ad cœmeterium orationis causa*, Æmilianus Ægypti præses ita Christianorum Episcopos alloquitur apud Evsebium, aaaaaaa Οὐδαμῶς ἔξεσται ὅτε ὑμῖν, ὅτε ἄλλοις τισὶν ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. Idem Evsebius memorat,

bbbbbbb lib. IX.

bbbbbbb Maximinũ aliquando conatum id Christianis adimere, cum eos dissipare vellet atq; pessundare. πρῶτον, inquit, εἴργειν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως πειρᾶται. Pontius Paulinus ccccccc de Valeriani edicto contra Christianos loquens, *jussum est*, ait, *ut nulla conciliabula faciant, neq; cœmeteria ingrediantur.* Itaq; cœmeteria erant iis quædam veluti templa, quibus & postea suam dedêre originem. Sed nec baptismum in cœmeteriis super sepulcra martyrum administratum esse apud Veteres un-

ccccccc in act. pass. Cypriani.

res usquam legimus, saltem ad preces ibi convenisse Christianos ex adductis probatur, quod non opus habebat operosâ adeô demonstratione, qua Theologus quidam magnus D. Do. utitur. Nec quæ sequioribus contigêre seculis ad primum illud & Apostolicum tempus, quo cœmeteria ejusmodi nondum fuêre in usu, referri merentur. Hactenus ergò mos baptizandi super sepulcris mortuorum in cœmeteriis ex certis aliquibus & fide dignis primæ atq; purioris ecclesiæ monumeutis probatus non est. *At*, inquit Vir summus Dn. D. Dr. *licet hujus ritus in historiis nusquam fiat mentio, tamen eum non obtinuisse in quibusdam ecclesiis inde non sequitur. Ab auctoritate negata in historiis non valet consequentia.* Hac ratione quidlibet pro quolibet ex antiquitate asseruisse laus fuerit, si dicere sufficiet. Ritualia ecclesiæ ex historiis & posse & debere constare alibi Vir summus ipse quammaximè urget, quem hic nulla addita probatione supponere miror, quod in quæstione est, nempè baptizasse Veteres in cœmeteriis, id quod jam suprà retudit B. Calixtus. Unum addo; opponit D. Major *dddddd* huic sententiæ inter alia, quod ly ὑπὲρ vix reperiatur apud Græcos, vel etiam Græcienses *localiter* acceptum. Sed in eo, quod pace Viri dixerim, errorem errat haut levem. Contrarium ex Homero, Pindaro & Luciano demonstrant Piscator & Schmidius, *eeeeeee* quamvis quod adjicit Major; *Loca enim à B. Wolffgango Franzio aliisq; adducta locatum & contentum exprimunt, non verò locum aut id quod continet*, non negaverim facile.

dddddd l. c. c. III, §. 137.

eeeeeee adi h. l.

OCTAVAM, quæ BEZÆ est, sententiam quò minus admittam, non una sunt quæ obstant. Probabile certè non est, Apostolum à ritu sepulcrali, vel irreligioso, vel indifferente, ad resurrectionem argumentando consequentiam

quentiam nectere voluisse tàm infirmam. Abluebant etiam pagani suos mortuos, qui tamen resurrectionem mortuorum, utpote fidei articulum, juxta cum ignarissimis ignorabant, de qua vix, nisi ex traditione fors, gustum perceperant. Deinde, nec Sermonis Græci natura patitur, ut verbum βαπτίζομαι *activè* explicem, quia illud ipsum nunquam, nec in passiva, nec in media ἄλλοτε activè usurpatur, sed semper *passivè*. Locus, quem ex Act. IX, 37. allegat Beza, nec quà phrasin, nec quà rem parallelus est. Ly ὑπὲρ enim planè ibi non habetur, nec βαπτιζόμενοι, sed λόουντες. Non equidem nego, verbum *baptizandi* pro *ablutione* nonnunquam accipi, ut Marc. VII, 5. at coactum nimis est & à phrasi Apostolica alienum, *super mortuos baptizari*, idem esse atque *mortuos* ipsos *abluere*. Nec Syrus voce עמרין tuetur Bezam. Participium enim illud est Conjugationis Cal sive Peal, ubi verbum hoc significat *baptizari*, licet alias in Hiphil sive Aphel significet *baptizare*. Prævidens hunc scopulum Paræus

fffffff ad I Cor. XV, 29. fffffff sententiam quidem Bezæ cæteris anteponit, ita tamen ut verbi βαπτιζόμενοι vim & usum passivum retineat h. m. *Quid facient, qui pro mortuis abluuntur*, h. e. *tanquam jam mortui & sepulcro mandandi*, quemadmodum eos dicere solemus haberi pro deploratis & derelictis, qui revera deplorati sunt ac derelicti; & in sermone vernaculo aliquem *v. g.* qvi ex alto ceciderit & eo casu exanimatus fuerit, pro mortuo sublatum dicimus h. e. ut revera mortuum. Sed eadem manet in hac sententia argumenti Apostolici debilitas quæ in Bezæ. nec sensum hunc admittit phrasis græca, imò respuit articulus τῶν. Vide

ggggggg ad sent. III & IV supra. ggggggg

NONA, quam GVILLAUDUS proponit, literam de-

scrit,

ſerit, cui tamdiu inhærendum, quamdiu non obſtat fidei analogia. Neq; verbum *baptizari abſolutè* poſitum ullibi in Scriptura pro afflictione & morte accipitur, ſed tantum *cum addito baptismi* nomine Matth. XX, Marc. X. Luc. XII. Multò minus reperias in ſacris literis mortuos poni pro doctrina de reſurrectione mortuorum, ut *pro mortuis baptizari* idem ſit, quod *pro adſerenda doctrina de reſurrectione mortuorum afflictiones pati.* Nec de nihilo videtur eſſe, quod ſententiæ huic opponit B. Gerhardus; hhhhhhh *Diſtinguit Apoſtolus factum eorum, qui ſuper mortuos baptizabantur, à tropico illo baptismo crucis & calamitatum de quo v. 30. agere incipit, ubi novum & à priore diſtinctum pro reſurrectione argumentum profert. Quod ſi enim de baptismo crucis & mortis v. 23. egiſſet, non in tertia perſona dixiſſet; Quid faciunt? ſed in prima perſona ſeipſum iisdem annumeraſſet, cum & ipſe periculis mortis propter Chriſti confeſſionem quotidie fuerit expoſitus.* Tileno reponimus, quod ὑπὲρ cum Genitivo in N.T. ſcriptura vix ullibi *præter, ultrà* ſignificet. Videatur Schmidius. iiiiiii

hhhhhhh Loc. de mort. p. 168. Tom. VIII.

iiiiiii in notis ad I Cor. XV, 29.

DECIMA, quæ BELLARMINI eſt & Papæorum plerorumq;, abſurditate omnes ſuperat alias. Certè *baptizandi* verbum *preces* & *ſacrificia* in ſacris literis nullibi ſignificat, nec niſi ſenſu valde abſurdo ſignificare poteſt: in ſenſu, ſi quis admitti poteſt, activo & reciproco nunquam ita uſurpatum invenies. Deinde, quomodo in iſto ſenſu, ſive ad hominem, ſive ad rem, Apoſtolus probaret reſurrectionem? Neq; enim ſequitur, Chriſtiani offerunt Sacrificium, orant, jejunant in gratiam mortuorum. Ergò erit reſurrectio. Ut taceam, quod hæc expoſitio à non paucis Doctoribus Pontificiis rejiciatur. Videantur Mariana, kkkkkkk Hugo de S. Charo, lllllll Cajetanus mmmmmmmm Eſtius m ad h. l.

kkkkkkk in Schol. ad h. l. lllllll ad h. l. mmmmmmm

Estius *non multum probabilitatis habere* dicit hanc explica-
nnnnnnn l.e. tionem nnnnnnn Benedictus Justinianus, oooooo postquam
oooooo ad h. l. recitasset nonnullorum sententiam, quasi Paulus agat de sollicitudine illa, quâ animæ piorum suffragiis juvantur, addit, *Nomen baptismi valdè improprtè usurpatur, ut fateri omninò necesse sit, hanc explicationem prorsus esse coactam & violentam.* Et nonnullis interjectis, *Non satis idoneè*, inquit, *hoc argumento mortuorum resurrectio probatur, possunt enim mortuorum animæ Purgatorii pœnis levari, etiamsi nulla futura sit resurrectio.* Hæc satis rectè Justinianus. Nam futurus corporum resuscitandorum status, de quo loquitur Paulus, nil facit pro statu animarum intermedio, & quidem in purgatorii flammis expiabilibus. Hac ratione *baptizari pro mortuis* ex mente Pauli esset, se affligere jejunio & precibus, ut mortuorum cadavera resuscitarentur. Quod, si verum omninò esset, ad Purgatorii tamen tormenta vel remedia nihil faceret. Quæ in subsidium vocat Bellarminus, solida non sunt, nec causam ejus multum adjuvant. Primò triumphat autoritate *Ephremi, Petri Cluniacensis, Dionysii, Hugonis, Gagnei.* Sed triumphum canit ante victoriam. *Ephrem* Syrus fuit Edessæ Diaconus, cujus scripta Syriaca ne Hieronymi quidem tempore exstârunt nisi græcè latinève translata. Quantum autem iis habendum sit fidei, quæ nonnisi per adversariorum manus eduntur multis modis mutata, mutilata, corrupta, testis est hic ipse locus Ephremi, quem absque ulla tali interpretatione Fevardentius vertit hoc pacto: *Et, si non est resurrectionis memoria, audi quid clamat Apostolus, dicens; Si omninò mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis?* tantum abest, ut expositionis illius genuinus auctor sit, quam illi affingit Bellarminus.

Sed

Sed de scriptis Ephremi vide, si placet, Rivetum, ppppppp Cocum, qqqqqqq & Bellarminum ipsum. rrrrrrr *Hugonem* & *Gagneium* pari fide allegat Adversarius. *Ille* enim per *mortuos* intelligit *peccata*, uti suprà dictum. *Hic* baptismum quidem de afflictionibus explicat, sed non sponte susceptis. Verba ejus hæc sunt; *Mihi quoque videtur alius esse sensus, ut baptismus pro afflictionibus & supplicio sumatur, sicut Christus filiis Zebedæi dicit* &c. *Hoc modo ergò sensus esset, quid facient, qui baptizantur, h. e. affliguntur pro mortuis, i. e. pro asserta mortuorum resurrectione, pro qua morte se exponere non dubitarunt martyres. Petri Cluniacensis* & *Dionysii* auctoritas apud nos nulla, ut quorum temporibus superstitiones Papales Ecclesiam ferè inundârunt. Testimonio humano divinum succenturiatur à Bellarmino ex *Marc. X.* & *Luc. XII.* in quibus locis de *baptismo sangvinis* agi non negamus: at quid hic ad orationes & jejunia pro mortuis susceptа? Audi Estium, qui, *Refellitur ille Commentarius*, inquit, *quia baptismus iis duobus locis, qui allegantur, non significat afflictionem s. passionem quamlibet, sed vehementem, eamq; forinsecus illatam aut irruentem: ut sunt in Scripturis undæ persecutionum ac tribulationum, quibus qui merguntur ac obruuntur, baptizari videntur. Hoc autem ad voluntarias afflictiones, ut sunt orationes, eleemosynæ, & jejunia, quæ pro mortuis adjuvandis suscipiuntur, accommodari non potest. Quas si Paulus omninò significare voluisset, non dixisset, qui baptizantur, tanquam ab aliis, sed, qui baptizant seipsos pro mortuis: quomodo secundùm Scripturam qui voluntaria subeunt jejunia, seipsos aut animas suas affligere dicuntur, ut Lev. XVI, XXIII & alibi.* Aliud omninò est, seipsum macerare jejuniis, vigiliis, lacrymis, atque sic veluti *immergere* operibus laboriosis & molestis; aliud *immergi*

ppppppp l. III Crit. c. 21.
qqqqqqq in Cens. p. 239.
rrrrrrr de Script. Eccles. n. 365.

mergi adversitatibus, aliunde veluti superinfusis, quomodo in locis adductis verbum *baptizandi* sumitur. Ut nemo seipsum baptizat sacramentaliter, sic Scripturæ stylo nemo seipsum macerando βαπτίζεσθαι dicitur. Auctoritati Scripturæ auctoritate *Cypriani* & *Nazianzeni* succurrere annititur Bellarminus, sed nisu fruſtraneo. *Cypriani* librum *de Disp. Cœnæ* parùm memor sui allegat, quippe quem alibi ssssss inter Scripta Cypriani suppositicia ipse refert. Quod nos tamen non adeò urgemus. Patres, sicubi *pœnitentiam baptismum* vocant, non afflictionem externam, pœnitentiæ signum, sed ipsam intelligunt pœnitentiam. Et quidni ita vocitent, cùm Scriptura ipsa nominet *Baptismum pœnitentiæ* Matt. III, 11. Marc. I, 4. *Cyprianus* quando dicit, *pœnitentem se baptizare lacrymis*, quid dicit absurdi? quis negat peccatorem seſe tingere, mergere, abluere lacrymis cum ipsum mali verè pœnitet sui? nonne ipsa Scriptura *lacrymarum rivos & fluenta* nominat, quibus in pœnitentia rigantur boni Psal. VI, 7. Quod *idem Pater* alibi *mortem* pro Christo susceptam *baptisma* vocat, non pœnitentiæ, sed sangvinis confirmat baptismum, quem nos non negamus. *Gregorius Nazianzenus* quando alicubi scribit; οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίας καὶ αἵματος. οἶδα καὶ πέμπτον ἐπὶ τῶν δακρύων. *Novi baptisma quartum, martyrii nempe & sangvinis; novi insuper quintum, quod est lacrymarum, allegoricè* loquitur atque *oratoriè*, non *simpliciter* & *propriè*. Abs Patribus ad Scripturam recurrit Bellarminus, sed nihil in eâ invenit subsidii. Purgatorii pœnam Scriptura nuspiam vocat baptisma; nec etiam ulla inter baptismum & Purgatorii pœnam est analogia. Verba Johannis Matth. III, *Ipse vos baptizabit igne*, non sunt intelligenda de igne *Purgatorii*, sed *Spiritus Sancti*,

ssssss de Script. Eccles. ad voc. Cyprianus.

Sancti, prout ex adversariis ipsis explicant Conzenius, ttttttt Lorinus, Toletus, Estius, Lapidensis, uuuuuuu & Vasquesius. wwwwwww Baptismus Christi, qui fit igne, pertinet ad statum gratiæ; Purgatorium autem ad statum judicii. *Hieronymum* & *Basilium* hic frustra pro se allegat Bellarminus. *Hieronymus* enim id nunquam dicit, quod eum dicere vult Cardinalis. Ex alieno sensu, postquam probabiliorem adduxerat sententiam, hæc enunciat verba: *Sive, quia in præsenti Spiritu baptizamur, & in futuro igne.* Non dicit, in præsenti aut futuro *seculo*, sed per *præsens* actionem respicit præsentem baptismi administrati; per *futurum* autem efficaciam ex baptismo promanantem. Et si maximè ad præsens referas atque futurum seculum, non tamen, ex mente etiam ipsius Jansenii, alius erit verborum allegatorùm sensus quàm hic; in futuro igne, sc. judicii, h. e. exacta probatione & examinatione judicii divini. *Basilii* liber *de Sp. S.* rejicitur à nonnullis inter scripta ejus dubia, vel saltem corrupta, uti videre est apud Perkinsium. xxxxxxx In ejus medio inserta esse qvædam, xxxxxxx quæ characterem non redolent Basilii censet Erasmus. Sed quicquid de libro sit, mens auctoris ex verbis patescit. Ita autem scribit: Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Τὸ δὲ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγων, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ἑκάστου ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. καὶ πάλιν, ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. *Ille vos baptizabit in Spiritu S. & igne. Baptisma ignis vocans probationem quæ fit in judicio, quemadmodum dicit Apostolus; Uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit: & iterum; Nam dies palàm faciet, quia in igne revelabitur.* Mireris Basilium, vel quisquis auctor est, locum clarum per obscurum explicare aggressum. Citat verba Pauli 1. Cor. III, 13, 15.

ttttttt ad h. l.

uuuuuuu ad h. l.

wwwwwww Disp. CXL. qv. 66. a. 2. §. 21.

xxxxxxx Prob. de Cathol. R. E. ement. p. 20.

qvæ pro igne purgatorio etiam citantur abs Pontificiis. Locus allegoricus est & difficillimus, ut conqueritur Augustinus. Origenes quoq; de eo differens *Locus est*, inquit, *difficilis & ad interpretandum nimii sudoris egens, ut cum primis secunda consentiant.* Et Bellarminus ipse, *Nota*, inquit, *locum istum Apostoli 1. Cor. III esse unum ex difficillimis.* Patrum omnium non eadem est interpretatio. Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Lactantius, Hilarius, Ambrosius, & Sedulius per *diem* intelligunt *diem futuri judicii*, per *ignem* rigorosum illius judicii *examen*, & (quem quidam addunt,) ignem *conflagrationis universi.* Chrysostomus de *igne æterno infernali* accipit, & per *lignum, fœnum, stipulam* intelligit *peccata mortalia.* Sequuntur hunc præter Theophylactum Græci in Apologia sua Concilio Basileensi exhibita. At Augustinus & Gregorius per *ignem* metaphoricè *tribulationem hujus vitæ* intelligunt. Ipse Bellarminus fatetur v. 13. vocabulum ignis accipi non propriè pro igne materiali, sed examinis judicii divini. Requirit ergò indivulsa textus connexio & series, ut etiam v. 15. de eodem igne sermo sit. De Purgatorio sermonem non esse satis liquidò constat, quia Paulus agit de igne non purgante, sed probante & opera quidem, non operantes, nec operante nisi in die judicii, quem Purgatorium, ipsorum Papanorum sententia, antegreditur; imò nec verè, sed *quasi* h.e. metaphoricè, ὡς διὰ πυρός; nec in omnes, sed saltem in doctores, architectos, ædificantes, plantantes, rigantes vim suam exserente, cùm tamen ignis purgatorius & verus materialis ignis esse dicatur, & pro omnibus cum venialibus culpis decedentibus. Basilium primæ Patrum

yyyyyy ad Dulcitium qv. I.
zzzzzzz Hom. XII in Jerem.
aaaaaaaa lib. I. de Purg. c. 5.
bbbbbbbb l. IV cont. Marc. c. 2.
ccccccc Homil. VI. in Exod.
ddddddd l. IV Ep. 2.
eeeeeeee l. VII. Inst. c. 21.
fffffff in Ps. CXVIII lit. Gimel.
ggggggg in Ps. CXVIII. octon. 8.
hhhhhhhh in I Cor. III.
iiiiiiii Homil. IX in I Cor. III.
kkkkkkkk l. c. & l. XXI de C. D. c. 26.
llllll lib. IV Dial. c. 39.
mmmmmmmm l. c.

trum classi annumeramus, qui per ignem non Purgatorium, sed rigorosum judicii divini examen intellexerunt. *Bedæ*, quem ei adjungit Bellarminus, ignoscendum aliquid, vel potius seculo fumo purgatoriali jam obvoluto. Non negamus enim cœpisse jamtum sub ipsum seculi VII initium â Gregorio Papa ignem Purgatorium in ecclesia occidentali defendi, uti ex ipsius dialogis constat, nnnnnnnn Bedamq;, qvi seculo VIII. Cantuariensis fuit in Anglia Episcopus, Purgatorii extremum judicium antecedentis meminisse. Explicans enim locum 1, Cor. III oooooooo *Committunt qvidam*, inqvit, *venialia peccata, graviora & leviora, & ideò necesse est, ut hi tales in ira corripiantur, id est, in Purgatorio igne nunc interim ante diem judicii ponantur, ut, qvæ in eis immunda sunt, per illum exurantur, & sic tandem idonei esse cum his, qui in dextra coronandi sunt, inveniantur.* Ubi tamen Purgatorium non ponit ob relictum aliquod debitum pœnæ temporalis, remissâ culpâ, sed ob peccata, quæ in hac vita non fuerunt dimissa. Ast *Epiphanius* Purgatorium nullibi succendit ignem. In loco â Bellarmino allegato *oratoriè* loquitur de igne non *Purgatorii*, sed *infernali*. Postquam enim Novatianos ad resipiscentiam exhortatus erat, ultrò subjicit; Εἰ δὲ μὴ, τλῶ ἑαυτῶν πρευέσθωσαν. Τυχὸν ἐκεῖ τῷ πυρὶ βαπτισθήσονται τῷ πλευταίῳ, βαπτίσματι τῷ ὑπομενετέρῳ καὶ μακροτέρῳ, ὃς ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ πάσης κακίας κακόητα. *Sin minus, eant viam suam. fortasse illic baptizabuntur igne illo ULTIMO, baptismate illo laboriosiore & longiore, quod exedit materiam ut gramen, & absumit omnis malitiæ levitatem.* Hæc *qui de igne Purgatorii accipiunt*, inquit Junius, *dum Novatianis impœnitentibus aperiunt Purgatorium, planè sapiunt Origenem, salutem damnatis post tempus promittentes.* Idverò inprimis undiquaque fal-

nnnnnnnn l IV c. 25 & 39

oooooooo in Ps. XXXVII.

que falsum est, qvod addit Bellarminus, explicationem hanc optimè quadrare cum sequentibus. Nam nec Paulus vult, ut alii se affligant pro mortuis orando, nec ipse se afflixit prædicando. In periculis se positum esse profitetur, non autem, quod ipse se in pericula conjecerit. Nam qui amat periculum, peribit in illo. Ut taceam confundi per hanc expositionem argumenta Apostoli, quæ di-

ppppppp l.c. stingui debebant omninò, de quo vide Balduinum ppppppp Quod deniq; ad factum Judæ Maccabæi ex *II Maccab. XII 45.* à Bellarmino adductum attinet, notum est, libros illos *apocryphos* esse & nullius ferè in ecclesia auctoritatis. *Legit quidem eos Ecclesia ad ædificationem plebis, non autem ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam*, ut loquitur Hieronymus. qqqqqqq At, si maximè demus, auctoritatem libri tantam esse, ut probando fidei dogmati sufficiat, Judæ tamen factum rectè & ex ipsius mente acceptum nihil omninò favet orationi superstitiosæ pro mortuis. Non enim ille pecuniam illam Hierosolymam misit ad mortuorum delicta per sacrificia inde comparanda expianda, sed ad munera & sacrificia pro viventibus offerenda, & ad iram Dei ergà ipsos placandam, ne peccatum ab iis, qui in prælio ceciderant, admissum (quod post ipsorum demum obitum cæteris innotuerat.) toti exercitui imputaretur & fraudi foret. In tali casu enim, cum cœtus Jsraelis per errorem peccasset, & res occultata fuisset ab oculis populi, legem habebant expressam Lev. IV. de sacrificio offerendo, simulatq; peccatum illud ecclesiæ innotuisser. Quod Judæ consilium non assecutus Auctor hujus libri factum ejus aliorsum detorsit, atq; ita curam pro mortuis, fœtum suum, illi sine justa ratione suppposuit. Adde, qvod Sanctes Pagninus disertè testetur,

qqqqqqq in Prolog. Prov.

tur, se clausulam illam de sacrificio pro defunctis non reperisse in avtographo. Nec exstat in Josephio Gorionide Hebraicè scripto, nec apud Josephum Græcum.

UNDECIMA, quæ HEINSII est, sententia non immeritò à Dieu habetur pro *frigida*. Haud ignoramus qvidem, infantibus in baptismo nomina data, adultis quoq; nonnunqvam mutata esse, fors ut ex nominis mutatione vitæ commutandæ argumentum desumerent, qvæ conjectura vel ideò non est improbabilis, quod non cujusvis nomen, sed Apostolorum qvammaximè, propter suam in eos propensionem, imponebant, ut ex nominis similitudine ad virtutum imitationem permoverentur. Hinc est, qvod Dionysius Alexandrinus apud Evsebium rrrrrrrrrrrrrrr lib. VII. H. E. c. 10. suis temporibus nomina Petri, Pauli, & Johannis creberrima fuisse testatur. *Johannis Apostoli*, inqvit, *multos fuisse gentiles arbitror, qui propter singularem amorem, quo in illum ferebantur, propter admirationem, quam de eo habebant, & propter æmulationem, quâ ad illum imitandum flagrabant, & quod à Domino pari ratione diligi cupiebant, etiam istam appellationem amplexati sunt, quemadmodum nomina Pauli & Petri fidelium liberis crebrò imposita fuerunt.* Et Nicephorus Callistus de cujusdam Johannis Asiatici scripto dubitatum esse memorans, num Johannis Apostoli esset, rationem addit hanc; sssssss Πολλοὶ γὰρ διὰ τὸν πρὸς αὐτοὺς Ἀποστόλους σχέσιν τὰς κλήσεις τῶν ἑαυτῶν ἐτίθεν παισί, *Multi enim propter suam in Apostolos propensionem, nomina eorum liberis suis imponebant.* sssssss lib. VI. H. D. c. 12. Sed nec universalis fuit illa consvetudo immutandi baptizandorum nomina, ut demonstrat Josephus Vicecomes, ttttttt nec tempore Pauli apud Corinthios recepta. Certè non ex instituto divino, sed humana tantum adinventione baptismati ὀνομασία illa ritu- ttttttt lib. II. de ant. bapt. rit. c. 13.

alis, quam die lustrico peractam meminit Heinsius, accessit. Saulo Pauli nomen inditum, cùm ê Judaismo ad Christianismum transiret, sed non inter lustrandum. Vid. Act. IX, 17. Ponamus autem, fuisse ὀνομαθεσίαν illam Pauli tempore receptam, non tamen illa nisi imprægnans Apostolo suppeditare potuisset pro resurrectione mortuorum argumentum. Quæ enim consequentia, surgent mortui, quia eorum nomina baptizandis imponuntur? at non omnia imponebantur nomina, E. nec omnes erant resurrecturi. Vel, si de resurrectione ad vitam sermo sit, etiam impiorum (v. g. parentum) subinde assumebantur nomina, ergò etiam impii ad vitam erunt resurrecturi. Prætereà, nec particula ὑπὲρ explicationem hanc admittit, ut quæ nullibi significat, *sub nomine alius sibi indito.* Ingens certè inter has locutiones, *Baptizari pro mortuis, & Assumere in baptismo nomina mortuorum*, est discrepantia.

DUODECIMA, quam DIEU proponit, hypothesibus quibusdam superstructa est haud satis firmiter probatis. Supponit ille *primò*, Apostolum *in toto hoc capite agere de beata illorum resurrectione, qui in Christo obdormiverunt.* Quod si exclusivè intelligit, uti omninò intelligere videtur, supponit id, quod adhuc est in quæstione, imò vel exinde improbabile est, quod non piorum tantum ad vitam, sed omnem omninò resurrectionem in dubium vocabant Corinthii; at eam adsertum it Paulus, quam illi ibant destructum. Utitur ille quidem argumentis ad resurrectionem fidelium probandam potissimùm accommodatis, sed argumenta ea sunt, uti dici solet, *ad hominem*, quia res erat Apostolo cum illis, qui fideles esse & audire cuperent. His demonstrat, abnegata mortuorum resurrectione, & imprimis piorum, fidem everti omnem, atque fun-

que fundamentum Christianismi convelli. Supponit *Secundò*, Christum contrà Saducæos ex verbis promissionis *Ego sum DEus tuus*, potentissimè inferre resurrectionem. At ego dixerim ex hoc Domini argumento. *Quorum Deus est Deus, illi vivunt. Abrahami, Isaaci, Jacobi* &c. *E.* &c. magis animæ immortalitatem effici, quàm corporum resurrectionem. De actuali enim mortuorum vita loqvitur Christus, non dicens *vivent*, sed *vivunt*. At, inqvis, de resurrectione disertè agebatur. Ita omninò est, sed qvis non videt, Servatorem animæ immortalitatem directè probando eâdem opera indirectè probare resurrectionem corporum? ab illa enim hæc pendet, & illam negasse videntur Saducæi, ut commodius hanc negare possent. Sed demus, resurrectionem corporum directè hoc loco probari, non tamen id fit ex verbis promissionis, sed propria Sadducæorum hypothesi, uti occasio dictorum nos edocet. Dicebant Judæi, אין הקדוש ברוך הוא מיחד שמו על הצדיקים בחייהם *Deus sanctus benedictus non tribuit nomen suum justis adhuc viventibus*, h. e. Deus non dicitur esse Deus justi alicujus dum vivit, sed postquam est mortuus. Nimirum hoc volebant, nunquam de aliquo dicere Deum, *Ego sum illius Deus*, nisi post illius mortem in altero demum seculo: Judæi enim promiscuè resurrectionem credebant. At Sadducæi contrà, οἱ ἀνῃλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, qui animam exstingui cum corpore docebant, & nihil hominis post mortem supereresse, dicebant Deum esse Deum non mortuorum, sed viventium: id quod ex eorum hypothesi necessariò seqvebatur; alioqvi Deus neminis unquam fuisset Deus. Assumit hoc eorum principium Dominus, *Falli Judæos dicitis vos*, inqvit, *cum DEum dicunt mortuorum esse Deum. Esto; non sit*

Deus mortuorum, sed viventium: hoc vos ipsi docetis. Atqui Deus est Deus Abrahami, Isaaci, Jacobi: hoc Deus ipse dixit, postquam erant mortui. Oportet igitur vivant illi: sed (apud vos maximè qui negatis animam extra corpus posse vivere) quo tandem pacto viventes dici poterunt, si nulla sit resurrectio? Itaq; medii tenebantur, ut, nisi vellent aut id verum negare, qvod ipse Deus dixerat, aut proprio renuntiare dogmati, resurrectionem confiteri cogerentur. Hoc modo exponit Morus, uuuuuuuu quæ rectissima omnium est expositio. Supponit *tertiò*, baptismum obsignare promissiones fœderis non vivis tantum & qvi militant in terris, sed & iis qvi post mortem triumphant in cœlis. At obsignatio promissionum fœderalium fit per fidem: Sicut enim se habet manus accipientis ad manum dantis, ita se habet fides ad promissionem: dat hæc, illa accipit: relata sunt hæc duo, qvorum natura est esse simul. Beati verò post mortem non sunt actu credentes, quia fides hujus vitæ est, non illius, viæ, non patriæ. I Cor. XIII, 13. Supponit *quartò*, mortuos cum viventibus, triumphantes cum militantibus unam eandemque constituere ecclesiam, quod certè accurratè non est dictum. *Triumphans* enim ecclesia in cœlis jam posita de Sathana, mundo, carne, inferno, hostibus devictis triumphos agit æternos; at *militans* adhuc in terris in perpetua militia contrà Satanam, mundum, carnem versatur. Illa *beatorum* est, hæc *beandorum*; illa *perfectorum*, hæc *perficiendorum*; illius suo modo concives sunt Angeli, hujus non item. Supponit *quintò*, beatos, qui in ecclesia vivunt triumphante, spe tantum adhuc salvos factos, complementum promissionum fœderis continenter exspectare. At certè minus accuratè etiam hæc dicuntur. Nam promissiones

uuuuuuuu l. c.

fœderis

fœderis baptismalis in iis, qui in Christo obdormiverunt, impletæ jam sunt maxima ex parte, non implendæ restant. Nec *spe tantum* illi *salvi facti* sunt, (quod Rom. VIII de iis affirmat Paulus, qui adhuc sub cruce positi erant in militia,) sed re. Spes futurorum est: at beati ab Angelis in sinum Abrahæ portati præsenti fruuntur gloria in cœlis. Supponit *sextò*, Baptismum vivis collatum prodesse posse mortuis ad id, ut promissiones fœderis iis obsignentur, cùm tamen justus fide suâ victurus sit, non alienâ. Sed etiamsi omnes hæ hypotheses abs nobis admitterentur, particula ὑπὲρ tamen non fert hunc sensum, quæ constructa cum genitivo, ubicunque reperitur in Scriptura N. T. vel notat SUPRA *quà situm*, ut Lutherus h. l. explicat, *quà intervallum*, ut juxtà nonnullos idem sit quod ULTRA; *quà excessum*, ut coincidat cum PLUSQUAM; vel PRO *defensivè* Rom. VIII, 31. *votivè* Matth. V, 44. *modaliter* Phil. II, 13. *compensativè* I Cor. X, 30. *vicariò* Joh. XI, 50. *materialiter* Rom. XV, 9. vel PER *obtestativè* II Thess. II, 1. vel AD *finaliter*. Joh. XI, 4. Nulla harum ad præsentem explicationem quadrat, nec nobis licet novas particularum significationes pro lubitu effingere.

DECIMAM TERTIAM, quam VASQUESIO dedimus, *coactam* vocat atque *violentam* Justinianus; *ridiculam & explodendam* D. Major; *Frigidiorem & exiliorem videri* sibi *rationem ad probandam resurrectionem* scribit Lapidensis, wwwwwww idq; non sine ratione. Quis enim persvaderi sibi patiatur Apostolum, qui contra ceremonias Mosaicas multis in locis agit, tempore N. T. quo illæ umbræ desierant, hæc urgere apud conversos gentiles, quæ apud illos nunquam fuerant in usu? Et quæ consequentia; Si non resurgunt mortui, cur se lavant, qui mortuos

wwwwwww ll. cc.

tuos tetigerunt? Fuit ista ablutio etiam apud Ethnicos recepta, ut habet Kirchmannus, xxxxxxxx qui tamen resurrectionem mortuorum non crediderunt. Si cum Vasquesio reponas, etiam Gentiles ex fide resurrectionis aqvas lustrales & purgatrices adhibuisse; falleris suprà omnem modum. Universalis enim illa resuscitatio ex sola constat revelatione, non qvidem ut præcisè possibilis, sed ut actu est eventura. Locus *Syracidis* qvà phrasin non est parallelus, qvia non habet ὑπὲρ sed ὑπὸ. Ut taceam, *articulum* à Dn. Coccejo adeò neglectum, ut ne qvidem in allegatione loci Paulini additus, fortassis nec in lectione observatus sit, qvod tamen morosiùs haud urgeo, qvia cum B. Tarnovio Dn. D. Schmidius articulo non adeò multum tribuit. Palmarium, quod, me quidem judice, obstat, qvò minus Paulus respexisse dicatur ad ritum illum purgandi sese super mortuos judaicum, est argumenti debilitas. Exemplum enim Judæorum s. conversorum, s. non conversorum non poterat urgere apud Corinthios Apostolus: non horum, ut qvi non erant fidei Christianæ socii; non illorum, ut qui potius reprehensionem merebantur, qvod, post comparitionem corporis, umbris istis atqve ritibus typicis, contra Dei, ceremonias istas instituentis, scopum adhærerent. Auctoritas Dei in verbo suo ritum hunc instituentis non poterat movere Corinthios, ut crederent resurrectionem mortuorum, qvia probatum nondum erat, necdum jam probatum est, *Deum hunc ritum eo fine*, uti loqui amat Vir Clarissimus D. S. *ut moneret resurrectionis mortuorum, & hac de causa, quia resurrectio mortuorum certò futura erat, instituisse*. Significasse pollutionem atq; ablutionem illam legalem immunditiem atq; mundationem nostram spiritualem

xxxxxxxx l. I. de fun. Rom. c. 7.

ritualem ex Epistola ad Hebræos edocemur, maximè ex cap. IX. notasse autem mortem & resurrectionem ex Scriptura hactenus nondum est demonstratum. Quæ de sepultura eam in rem Vir Cl. affert, aliena sunt. Aliud est ablui ex contactu cadaveris, aliud sepelire mortuum. Ablutio illa spem purificationis spiritualis per Christum, Sepultura resurrectionis faciebat & obsignabat. Neq; satisfactum video illi dubio, quod Vir Cl. sibi ipsi movet de cadaveribus bestiarum, ex quorum contactu itidem immundi reddebantur qvondam Judæi, & abluere sese aqva cogebantur. Utut enim non propter bestias, sed homines legem hanc Deus dederit, tamen quomodo ex ablutione super cadaveribus bestiarum, resurrectio hominum inferri qveat, fateor, me qvidem hactenus penetrare non posse.

DECIMAM QVARTAM, quæ ALEXANDRI MORI cæterà doctissimi Viri est, sententiam præ omnibus ego qvidem amplecterer, uti simpliciſſimam & analogiæ fidei congruam. Sed obstant *Metaphora* & *Enallage*, ad qvas interpreti bono haud recurrendum facile. Nec videtur mihi *Scripturæ stylum* sapere, si per τὸν νεκρὸν, suppresso Christi nomine, intelligamus *Christum*. Ratio suppressi nominis & enallages abs Moro allegata solida non est. Demonstraverat enim jamtum Paulus invictis argumentis Christum resurrexisse, ut nemo facile suspicari posset, eum, licet aut νεκρὸς vocitaretur, aut indigitaretur nomine, ità mortuum esse, uti planè perierit. Nec idem videtur esse, *baptizari baptismo Christi*, & *baptizari* ὑπὲρ τοῦ χριστοῦ, nisi velimus admittere, Christum ὑπὲρ ἰωῆς baptismo sangvinis esse baptizatum.

SCHURMANNIANA, qvæ DECIMA QVINTA est, explicatio,

explicatio, *geminum*, sine necessitate, *tropum* in textum infert, qvod directè est contra regulas bonæ interpretationis. Nec facile crediderim, eos, qvi ex opinione malevolorum *quasi mortui*, h. e. morte digni censebantur, Græcis dicitos νεκροὺς sivè mortuos. Ἀποθνήσκοντας *seu morientes*, h. e. qvi singulis momentis periculo mortis veluti expositi eam exspectant atq; subire parati sunt, eos vocat Paulus II Cor. VI, 9. sed non νεκροὺς.

In CLOPPENBURGII, qvæ DECIMA SEXTA est, sententia qvod desideres hoc inprimis est, ut probetur Corinthi qvosdam ex quingentis fratribus tempore Pauli ob fidem resurrectionis Dominicæ martyrium passos, & ad eorum memorias baptismum flagitasse vivos, de qvo mihi qvidem hactenus ex Historia nihil constat.

BROCHMANNI, qvæ ULTIMA est, explicatio non una ratione improbabilis est. Deflectit ad Metaphoram, negligit cum antecedentibus & consequentibus harmoniam, nervum argumenti Apostolici infringit, pro Synonymis habet τὸ πιήσεσι, & *quodnam admittent solamen*; βαπτίζεσθαι & *dolere*, qvæ juxta vulgarem Scripturæ stylum non sunt Synonyma. Imò verò si dolorem notat & luctum verbum βαπτίζεσθαι, ejusmodi notat, qvo quis veluti submergitur, aut in abyssum desperationis rapitur, qvem non poterat non in Christianis censura qvadam notare Apostolus. Ut taceam, βαπτισμὸν crucem designare, non qvâ qvis seipsum affligit, sed qvâ affligitur ab alio.

§. 3. Habes, Lector, potiores, si non omnes, loci hujus perobscuri, qvi tot tantave torsit & exercuit ingenia, explicationes à Viris doctis datas, tam antiqvas, quàm recentes. Vellem eqvidem, si qvid mea posset imbecillitas, hunc scrupulum & mihi & tibi eximere, sed

præstat,

præstat, qvod & alibi scripsi, *loci hujus sensum sine crimine ignorare, quàm aliqvid cum discrimine definire.* Addam tamen, quæ conjicio.

Per τῶν νεκρῶν hoc loco omninò intelligendos esse τῶν κοιμηθέντας ἐν Χριστῷ v. 18. τὰς Χριστὸς v. 23. & articulus videtur reqvirere, & immediatè antecedentia cum conseqventibus volunt. Particula ὑπὲρ, ut suprà dictum, cum genitivo constructa significat PRO, *defensivè*. Illi ergo *pro mortuis baptizantur*, qvi baptismo suo defendunt mortuos in fide beatæ resurrectionis, cujus baptismus Sigillum est. Nervus argumenti Paulini hic erit: *Si non creditis eos, qvi in Christo obdormiverunt, resuscitatum iri ad vitam, cur defenditis eos baptismo vestro, dum eum in finem baptizamini ut promissio vitæ ab ipsis fide apprehensa, etiam vobis per fidem applicetur.*

Appono conjecturam aliam fortassis minus probabilem. Veteres in privatis ædibus, qvos ut optimos sibi præ aliis charos habebant, sepeliebant. De Judæis res probatur exemplis Samuelis I Sam. XXV, 1 & Joabi I Reg. II, 34. De aliis Servius id tradit, *yyyyyy Moris fuit yyyyyyy apud Majores, ut qvi mortuus esset, domum suam referretur & zzzzzzzz in illa sepeliretur.* Idem asserit Isidorus, *zzzzzzzz Prius*, inqvit, *qvisq; in domo sua sepeliebatur; postea vetitum est legibus.* Observat idipsum qvoq; Turnebus, *aaaaaaaaa* & illud insuper, *ab hac domestica sepultura ortum habuisse larium cultum apud Gentiles*, & locum, in qvo Dii domestici colebantur, *Lararium* appellatum: omnis enim fermè idololatria à mortuorum veneratione originem suam desumsit. In ædibus quoq; privatis ab Apostolis sacra administrata legimus, in qvibus baptizatũ esse præfectum carceris, constat ex Act. XVI, 33. &, uti sepulcrorum, ita quoq; baptisteriorum,

yyyyyyy in lib. V. Aen.

zzzzzzzz l. XIV. orig. c. II.

aaaaaaaaa ad Cicer. l. II. de L.L.

ſteriorum, ubi illa primùm ædificari cœperunt, loca privatæ ſingulorum ædes ac domicilia fuêre, quod Imperatores, infenſiſſimi Chriſtiani nominis hoſtes, in capita fidelium graviſſimè ſævientes, omnem publicè conſtruendi occaſionem adimerent, ut ex Veterum monumentis id probavit Joſephus Vicecomes bbbbbbbbb Hac ratione fieri potuit, ut (accedente ſuperſtitione quâdam, quam, quia pia eſſet, diſſimulavit Apoſtolus,) ſepultis in ædibus fidelium chariſſimis ac optimis qvibusvis, ὑπὲρ, hoc eſt, ὑπερφάνω τῶν νεκρῶν in congreſſibus domeſticis eccleſiaſticis baptizarentur vivi, atq; hoc modo Lutheri ſententia aliqvatenus manebit ſalva.

bbbbbbbbb l. c. l. 1, c. 6.

Sed vix ipſe probo, qvæ timidè conjicio, ut qvi nec montes polliceor, ne mihi forte à nonnullis partus muris objiciatur; nec mihi ullam hinc laudem aut venor aut auguror; nec deniq; meritas reprehenſiones aut vereor, aut deprecor; id ſolùm agere ſolicitus, ut in ardua hac materia tantum dicerem, qvantum ſatis videretur eſſe ad aliqvalem probationem. Si cui conjecturæ meæ minus placuerint, ipſe meliora afferat, qvod non ſolùm abſqve ulla mea invidia, ut cum Spondano in materia haud undiqvaq; diſſimili loqvar, verùm etiam cum magna gratulatione fuerit. Qvapropter verbis hisce B. Calixti finio;

Quicqvid ſit, qvicunque rectiora & certiora docuerit, is profectò magnam à nobis gratiam inibit. ccccccccc

ccccccccc de immort. an. & reſ. carn. p. m. 60.

TANTUM.

DE

DE SABBATO ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΩ.

ex

Luc. VI, v. 1.



R. Ἐν Σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ. *Syrus, Persa, Æthiops;* In Sabbatho. *Arabs;* die Sabbathi (*ita enim Vaticanum exemplar Flaminii legit, & Alexandrinum Londinense, quamvis Casaubonus,* [a] *Lapidensis* [b] *& Frischmutius* [c] *velint, Arabem compositæ vocis alteram partem dissimulasse, alteram expressisse, & sic Lucæ verba transtulisse, quasi invenisset scriptum,* ἐν Σαββάτῳ δευτέρῳ Sabbato secundo.) *Vulgatus;* δευτερ. in Sabbato secundo-primo. *Beza, Piscator, Schmidius;* Sabbato altero-primo. *Biblia ante Lutherum edita;* An dem anderem Sabbath tom ersten. *Lutherus & Emserus;* Auff einem affter Sabbath. *Dietenbergius;* Auff einem nachgehendem fürnemlichem Sabbath. *Versio Photiniana;* An einem anders ersten Sabbath. *Angli;* On the second Sabbath after ỳ first. *Belgæ;* Op ten tweeden eersten Sabbath.

[a] Exerc. XIV ad Baron.
[b] ad h. l.
[c] Disp. de Sabbat.

§. 1. Fuisse olim Monachum, qvi exsupina, ne qvid gravius dicam, ignorantia de Sabbato secundo-primo in sacris qvicqvam reperiri pernegaret, testatur qvi fors vidit hominem aut audivit ipse Erasmus, [d] *Nuper, inqviens, qvidem Monachus, & idem Theologiæ Professor, in convivio rogatus ab Erudito qvopiam, sed tamen aliud studiorum genus*

[d] ad h. l.

professo, qvid sibi vellet apud Lucam Sabbatum secundo-primum, negavit tale qvicqvam reperiri usqvam in Evangeliis, qvæ alioqvi probè teneret. Qvumq; alter asseveraret apud Lucam esse, ibi provocat fortissimus Theologus ad certaminis periculum; Hanc, inqvit, cappam meam depono, si qvid tale scripsit usqvam Lucas. Meretur sanè Frater ille ignorantiæ cum suis, qvos in Papatu habet haud unos, confratribus, censuram Erasmi Schmidii, [e] qvæ hæc est; Das muß ein Schrifftkündiger *Frater* gewesen seyn. Solchen Eselsköpffen hat man *in Papatu sanctissimas Professiones Theologicas* vertrawen müssen. Da hat ein Eselskopff wol mehr gegolten als in der Theurung zu Samaria *4. Reg. 6, 25.* mag leicht mehr *Intraden* gehabt haben / als bey uns zween oder drey der hochgelartesten *Theologorum*.

e ad h. l.

§. 2. Ignorantiam tamen fateri suam in rebus, qvæ aut sciri non debent, aut citrà salutis dispendium ignorari possunt, stupor non est, sed modestia, Theologum non magis dedecens, qvàm qvemvis alium. Qvod & circà hunc locum præter Syrum (in qvo tamen ut & antiqvo adeò, & homine, cui ritus judaici debuerunt esse noti, id jure qvenqvam mirari posse existimat Casaubonus) Arabem, Persam, Æthiopem, feciisse videtur Tertullianus, qvi Lucæ verba allegans vocem δευτεόπρωτον suppressit, [f] & apertè fecit Gregorius Episcopus Nazianzenus, ut de eo memorat discipulus ejus Hieronymus, qvi [g] *Præceptor*, ait, *qvondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me ut exponeret, qvid sibi vellet in Luca Sabbatum δευτεόπρωτον, eleganter lusit, docebo te, inqviens, super hac re in Ecclesia, in qva, mihi omni populo acclamante, cogeris invitus scire qvod nescis, aut certè, si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tàm facilè, qvam vilem plebeculam & indoctam*

f l. IV. in Marcion. c. 12.

g Epist. II. ad Nepot.

ctam concionem lingvæ mobilitate decipere: qvæ, qvicqvid non intelligit, plus miratur. Plebeculæ qvidem se posse satisfacere innuens, non item doctissimo Hieronymo.

§. 3. Obscurus certè præ mille aliis hic locus est, & adeò qvidem obscurus, ut obscuritate sua in Proverbium apud Græcos abierit, sicut ex Johanne Citri Episcopo demonstrat Casaubonus. Hinc reperias inter eos, qvi Evangelium Lucæ notis suis illustrare aggressi sunt, alios, qvi nodum planè non attingant, ut Lyranum, Conzenium, Heinsium, Pricæum; alios qvi attingant qvidem, sed nec solvant, nec secent, aliorum accumulantes sententias, ipsi nihil asserentes certi, ut Batavos in annotationibus, Walæum, Estium, Pelargum; alios, qvi *tot* conqverantur esse *sententias, qvot capita*, uti Grotium; alios, qvi verbum δευτεροπρώτῳ *infinitas peperisse sententias* haud asserere vereantur, ut Lucam Brugensem & Cornelium Jansenium. Sed, qvicqvid de obscuritate loci sit, explicationes certè nec infinitæ sunt, nec tot qvot explicantium capita, sed & finitæ, & qvæ numerantur facile.

PRIMA est EPIPHANII, [h] qvi Σάββατα διάφορα, inqvit, ὥριζεν ὁ νόμος. Τὸ μὲν κατὰ ἑβδομάδα ἀνακυκλούμενον φύσει σάββατον. Τὸ δὲ διὰ τὰς ὑποπιπτούσας τῆς κατὰ σελήνην νεομηνίας, καὶ τὰς καθεξῆς ἑορτὰς, οἷον ἡμέρας Σκηνοπηγίας, καὶ ἡμέρας Πασχῶν, ὅτε τὸ πρόβατον θύουσι, καὶ ἄζυμα λοιπὸν ἐσθίουσιν. ἔτι δὲ τὴν μίαν νηστείαν νηστεύουσι τοῦ ἔτους, τὴν λεγομένην μεγάλην, καὶ τὴν ἄλλην, ἣν λέγουσι μικρὰν. Ὅτε γὰρ ἐμπίπτουσιν αὗται αἱ ἡμέραι, ἤτοι ἐν δευτέρᾳ σαββάτων, ἢ ἐν τρίτῃ, ἢ ἐν τετράδι, σάββατον καὶ αὐτὸ αὐτοῖς ὁρίζεται. Διὸ μετὰ τὴν τῶν ἀζύμων γενομένην ἡμέραν, καὶ ὁρισθεῖσαν ἡμέραν σαββάτου, τῷ σαββάτῳ φύσει τῷ μετὰ τὴν ἡμέραν τῶν ἀζύμων εἰς σάββατον λελογισμένην, εὑρέθησαν διαβαίνοντες διὰ τῶν σπορίμων &c. *Sabbatorum varia*

[h] hæres. XXX. n. 31.

ria genera lege præfinita sunt. Ac quod septenum dierum orbe revoluto celebratur propriè Sabbatum dicitur. Sed aliud est, quod vel incurrentibus Novilunio, vel ob alios festos dies indicitur, puta Tabernaculorum vel Paschatis ferias, quibus mactare agnum azymisq; vesci legitimum est. Ad hæc solenne quoddam jejunium quotannis observant, qvod magnum vocant, nec non & alterum, qvod parvum appellant. Quoties igitur dies ejusmodi in secundam post Sabbatum diem, vel tertiam, aut qvartam incidunt, istud ipsum illorum instituto Sabbatum censetur. Quare secundum azymorum festum definitumq; Sabbati diem, eo Sabbato, quod & propriè ita dictum est, & azymorum diem sequitur, qvæ & ipsa pro Sabbato censetur, sorte iter per sata fecerunt &c. Distingvit Epiphanius inter *Sabbata naturalia* & *legalia: illa* vocat Sabbata hebdomadalia ab initio mundi ante legem latam â Deo instituta; *hæc* verò festa alia in lege mandata. Distinctio hæc *non nemini* nulla videtur, qui, *Unum enim*, inqvit, *idemq; est Sabbatum, quod in Paradiso primitus institutum & posteà in lege confirmatum est.* Sed certè non est nulla, nec meminerim ullum hactenus Theologorum affirmasse, festos præter Sabbatum ordinarium dies suam Paradiso debere originem. At anne Sabbatum in Paradiso institutum? Non eqvidem ignoro, esse inter Eruditos, qvi acerrimè contendant, Sabbatum demum in monte Sina una cum lege lata institutum, inter qvos numeres Abulensem [i] Estium, [k] Pererium, [l] Lorinum, [m] Gomarum, [n] Priedeaux, [o] Thysium, [p] Coccejum [q] & quamplurimos alios. Nec desunt iis rationes sat multæ, quibus id probare satagunt. Inter potissimas hæ sunt, qvod Scriptura id videatur innuere satis apertè Ezech. XX, 10. 11, 12. Nehem. IX, 14. ubi unà cum legibus & statutis Sabbatum dicitur à Deo datum

[i] qv. III. in Lev. XXIII.
[k] in Gen. II, 3.
[l] libr. I in Gen. n. 174.
[m] in Act. I, 12.
[n] in invest. sent. de orig. Sabb. c. IV.
[o] Orat. de Sabbath.
[p] in Synops. pur. Theol. disp. XXI. §. 15.
[q] Tract. de Sabb. p. 48. seq.
[r] ad Gen. II, 3.

filiis

filiis Jsrael; qvod non legamus datam fuisse Adamo ullum de observando Sabbato præceptum positivum; qvod de observatione Sabbati nulla in libro Geneseos fiat mentio; qvod in statu innocentiæ homines non indiguissent stata quadam ad inserviendum Deo ab operibus relaxatione, sed omnes dies sanctificassent, atqve sic perpetuum celebrassent Sabbatum. At rationibus hisce tantum non inest pondus, ut persvadeant Sabbatum demum in deserto institutum. Scripturæ, qvæ allegantur, dicta cum lege & maximè Decalogi, (ut qvæ potissimum vim legis habet,) datum volunt Judæis Sabbatum. Lex autem Decalogi in monte Sina utut solenniter sit promulgata, instituta tamen non est, sed hominum cordibus à Deo insita jure qvasi naturali ipsos primos nostros parentes obstrictos tenuit. In deserto ergò promulgata est lex de observando Sabbato, (qvod in paradiso jamtum institutum erat,) eiqve promulgationi accesserunt certæ qvà externum cultum circumstantiæ in ceremonialibus positæ. *Per Mosen*, inqvit B. Calixtus, [r] *plus rigoris & ceremoniarum additum, & pœnas transgressoribus constitutas esse maximè verisimile est.* Qvod de lege positiva affertur, retundi facile potest. Neq; enim Lex de Sabbato purè ac merè positiva est, sed naturalis; neq; deest, qvod præcepto positivo sit analogum, nempe ipsa diei septimæ benedictio & sanctificatio, qvæ respectu Dei institutionem & complacentiam infert. Sed dato, nec præceptum adesse, nec qvod præcepti instar est, exinde tamen nondum conficitur, Sabbatum non fuisse institutum. Etiam de sacrificiis ante Mosen in scripturis lex nulla memoratur, qvæ tamen ante Mosen oblata fuisse certissimum est. Quod de Sabbato ante legem promulgatam observato nullam

[r] ad Gen. II, 3.

nullam faciat mentionem Scriptura falsum esse convincitur ex Exod. XVI, 23. & si maximè esset, à Scripturæ tamen silentio ad rei simplicem negationem non licet argumentari. Quod deniq; de perpetuo hominum in statu integritatis positorum Sabbato allegatur, non negamus id quidem, dicimus tamen, à die septimo illius Sabbatismi initium esse factum, & illo hominum studia atq; occupationes primùm sibi Deum cœpisse asserere. Præterea, laborandum omninò fuit Adamo etiam in Paradiso. Hortus Eden & colendus & custodiendus, etsi sine molestia, quæ post lapsum pœnæ loco addita Gen. II, 15. III, 19. at die septimo inprimis â labore cessandum in memoriam Sabbati ipsius DEI, qvi quamvis ab opere creationis minimè defatigatus requiem suam in memoriale nobis constituere voluit. Sed his missis, ad Epiphanium revertimur, qvi per σάββατον δευτεροπρῶτον primum Sabbatum ordinarium post solenne Paschatis intellexit, qvod δεύτερον ratione temporis, πρῶτον verò dignitatis ratione appelletur; quamvis alibi [s] mentem mutasse & Sabbatum δευτεροπρῶτον de ultimo azymorum Sabbato explicasse videatur. Adoptat hanc & illustrat illustris Jos. Scaliger sententiam, cujus verba, quæ apponantur, dignasunt: Σάββατον δευτεροπρῶτον *illud est, qvod proximè post solenne Paschatis sequitur. Nam* ממחרת הפסח, *h. e.* ἀπὸ δευτέρας ἕως πάσχα *lex jubet septem hebdomades putare. Ita hebdomades omnes & Sabbata omnia à Paschate ad Pentecosten sumunt appellationem suam* ἀπὸ δευτέρας ἕως πάσχα. *Intervallum autem illud omne dierum, qvod Græci* πεντηκοστὴν *vocant, Judæis dicitur* ספירת העמר ἀριθμὸς ἕως δράγμα, *numerus manipuli, quia* ἀπὸ δευτέρας ἕως πάσχα *Omer seu dragma primitiarum offerebatur. Prima igitur hebdomas,*

quæ

[s] Hær. LI.

[t] libr. VI. de Em. temp. p. 557.

qvæ putatur ab oblatione Omer, dicitur ἑβδομὰς δευτεροπρώτου, *secunda* ἑβδομὰς δευτεροδεύτερος, *& sic deinceps, ut habes in hoc indiculo:*

Indiculus	*Sabbatorum*	*Pentecostes.*
Δευτερόπρωτον	*XIX Nisan*	*XXXI Martii*
Δευτεροδεύτερον	*XXVI Nisan*	*VII Aprilis*
Δευτερότριτον	*III Jiar*	*XIV Aprilis*
Δευτεροτέταρτον	*X Jiar*	*XXI Aprilis*
Δευτερόπεμπτον	*XVII Jiar*	*XXVIII Aprilis*
Δευτερόεκτον	*XXIV Jiar*	*V Maji*
Δευτεροέβδομον	*II Siuuan.*	*XII Maji.*

Intellige autem τῷ πεντηκοστὴν, *intervallum à Pascha ad solemne Pentecostes: non autem ipsum solemne Pentecostes. Eodem modo* μία δευτερόπρωτον *est feria Solis prima post festum Paschatis. Quare &* Σάββατον δευτερόπρωτον *est primum Sabbatum, qvod proximè* τὴν δευτέραν *&* Πάσχα *secutum est. Hebraicè ergò* Σάββατον δευτερόπρωτον שבת ראשון ממחרת, Σάββατον δευτερόδευτερον שבת שני ממחרת. *Hoc enim est perinde ac* Σάββατον ἀπὸ τ δευτέρας πρώτου, ἀπὸ τ δευτέρας δευτερον. Qvid ad hæc Eruditi? Mirantur, collaudant pleriqve omnes, Drusius,[u] Casaubonus,[w] Piscator,[x] B. Calixtus,[y] Hakspan,[z] Schmidius,[aa] Coccejus,[bb] Baillius,[cc] Langus,[dd] Lichtfotus,[ee] Didacus Stella,[ff] Cœlestinus de Monte-Marsano,[gg] Josephus de Voisin,[hh] B. Qvistorpius,[ii] Frischmutius,[kk] & qvamplurimi alii. Ipse Petavius, acerrimus alioqvin Scaligeri Antagonista, *interpretatione hac meliorem afferri nullam posse* agnoscit.[ll] Gro-tium tamen in assensum Viri magni autoritas trahere non potuit, cui sententia ista magnis (qvod fatetur,[mm]) argumentis à suo auctore defensa se non probat, qvia

n in Præter. ad h. l.
w l. c.
x ad h. l.
y Conc. Evang. p. 153.
z notar. in varia sc. loca p. *III*, p. 297.
aa ad h. l.
bb de indag. nat. Sabb. th. 73.
cc Oper. Hist. Chron. l. II. p. 77.
dd de annis Chr. l. II, c. 7.
ee in hor. subc. ad Matt. XII.
ff ad h. l.
gg Hist. N.T p. 56.
hh ad Pug. fid. R. M.
ii in annot. ad h. l.
kk l. c.
ll in animadv. ad Epiph. hær. XXX.
mm annot. in h. l.

qvò minus ei subscribat, habere se existimat qvæ obstent, de qvibus infrà.

SECUNDAM damus AMBROSIO, qvæ mystica magis est qvàm literalis. Ita verò ille;[nn] *Qvid est secunda Sabbati, nisi dominica dies, qvæ Sabbatum seqvebatur? Dies autem Sabbati erat dierum ordine posterior, sanctificatione legis anterior. Sed ubi finis legis advenit, qvi est Christus Jesus, & resurrectione sua octavam sanctificavit, cœpit eadem prima esse qvæ octava est, & octava qvæ prima, habens ex numeri ordine prærogativam, & ex resurrectione Domini sanctitatem. Unde & in Evangelio legimus δευτερόπρωτον Sabbatum, qvod latinè dicitur secundo-primum. Ubi enim dominica dies cœpit præcellere qvâ Dominus resurrexit, Sabbatum qvod primum erat secundum cœpit haberi à primo. Prima enim reqvies cessavit, secunda successit.* Sententiam hanc, qvandoqvidem allegorica est, præter Evcherium[oo] & Bedam,[pp] qvod sciam, nullus suam fecit.

nn Enarrat. in Ps. XLVII

oo lib. de qvæst. N. T.

pp ad h. l.

TERTIA est CHRYSOSTOMI, qvi δευτερόπρωτον interpretatur *duplex*, cum duplicatur reqvies, festo alio in Sabbatum hebdomadale incidente. Verba ejus hæc sunt; Τὶ ἐστὶ δευτερόπρωτον; ὅταν διπλῆ ἡ ἀργία ᾖ, καὶ τοῦ Σαββάτου τοῦ κυρίου, καὶ ἑτέρας ἑορτῆς διαδεχομένης. Σάββατον γὰρ ἑκάστην ἀργίαν καλοῦσι. *Qvid est secundo-primum? qvando duplex cessatio erat, & Sabbati principalis & festi conseqventis. Sabbatum enim cessationem ab opere qvamlibet nominant.*[qq] Chrysostomum seqvuntur Marianus Victorius,[rr] Lucas Brugensis,[ss] Cornelius Jansenius,[tt] Augustinus Torniellus,[uu] & Thomas Cartvvrightus.[ww]

qq Hom. XXXIX. in Matth.

rr Schol. in Ep. II. Hieron.

ss ad h. l.

tt ad Matt. XII.

uu in annot. ad ann. M. p. 4582.

ww Harm. Evang. p. 300

QVARTAM affert ISIDORUS PELUSIOTA, qvi per Sabbatum δευτερόπρωτον intelligit primum azymorum diem. Δευτερόπρωτον εἴρηται, inqvit,[xx] ἐπειδὰν δέευτερον μὲν ἦν τοῦ

xx Lib. III. Ep. 110.

ἦν τοῦ Πάσχα, πρῶτον δὲ τῶν Ἀζύμων. Ἑσπέρας γὰρ θύοντες τὸ Πάσχα, τῇ ἑξῆς τὴν τῶν ἀζύμων ἐπανηγύριζον ἑορτὴν, ἣν καὶ δευτερόπρωτον ἐκάλουν διὰ τὸ δευτέραν μὲν εἶναι τοῦ Πάσχα, πρώτην δὲ τῶν Ἀζύμων. *Diem hunc Sabbatum appellant, qvia tota hebdomas paschalis erat festiva, adeoq; ex septem Sabbatis constabat: primum, qvia primus erat Azymorum; secundum, qvia secundus Paschatis.* Mens eadem Euthymio, qvi, *Sabbatum*, inqvit, *yy simpliciter omne festum vocant Hebræi propter requiem: nunc autem dicit festum azymorum, qvod etiam Sabbatum nominatur secundo-primum, tanqvam secundum qvoddam à Paschate, primum verò ab azymis: post festum enim Paschæ festum azymorum peragebant, qvod primus erat septem dierum, qvibus vescebantur azymis.* Idem qvoq; sensisse post Isidorum, Titum Bostrorum Episcopum notat Baillius, sed fallitur. Floruit Isidorus seculo V. circà annum Chr. CCCCXL. Titus autem sec. IV circà A. D. CCCLXV. Imposuerunt Baillio commentaria, qvæ sub nomine Titi Bostrensis impressa exstant in Matthæum & Lucam, qvæ tamen non possunt esse hujus Titi, qvoniam Auctor eorum passim citat Chrysostomum, Cyrillum Alexandrinum & Pelusiotam, qvi pueri fuerunt cum Titus moreretur. Crassius errat Baronius, Petavio etiam non dissimulante, qvando suppositurus sibi fœtum Isidori, ipse Isidoro supponit fœtum spurium, h. e. suum. Vult enim, *zz* Isidorum per Σάββατον δευτερόπρωτον intellexisse diem, qvi post primum azymorum mox seqvitur, cum tamen expressè semel & iterum, non *secundum* azymorum, sed *primum* nominet, eum distingvens à primo die Paschatis, qvod dum advertisse Suidam fatetur Baronius, ipse tamen præ ingenti non advertit incuria. Prætereà, nec id condonandum Baronio, qvod Epiphanium cum Isidoro

yy in Luc. VI

zz ad ann. Chr. XXXII, n. 2.

in eandem abripit sententiam, inter qvos, si sententias conferas, tanta est, qvanta cœlum inter terramve, distantia: qvæ & alia Baronii paroramata non notasse Casaubonum, est qvod mireris, & qvod demireris insuper, hallucinatum esse eruditissimum Scaligerum adeò, ut scripse-
aaa l. III. Is. Can. rit, aaa Isidorum per Sabbatum δευτερόπρωτον intellexisse tertiam azymorum diem, qvod tamen in Viro de Rep. literaria undiqvaqve benè merito habemus excusatum, &

Ad QVINTAM promovemur, qvæ THEOPHYLACTI est, sententiam. Hic per Sabbatum δευτερόπρωτον designari vult illud, ante qvod immediatè præcedit aliud
bbb ad h. l. festum. bbb οἱ Ἰουδαῖοι, inqvit, πᾶσαν ἑορτὴν Σάββατον ὀνόμαζον. Ἀνάπαυσις γὰρ τὸ Σάββατον. Πολλάκις οὖν ἀπήντα ἡ ἑορτὴ ἐν τῇ παρασκευῇ. Καὶ ἐκάλουν τὴν παρασκευὴν Σάββατον, διὰ τὴν ἑορτήν. Εἶτα τὸ κυρίως Σάββατον ὠνόμαζον δευτερόπρωτον, ὡς δεύτερον ὄν, παρεμπεσούσης ἄλλης ἑορτῆς, ἢ Σαββάτου. *Judæi omne festum Sabbatum vocabant. Requies enim Sabbatum. Sæpius ergò occurrebat festum in Parasceve. Et vocabant Parasceven Sabbatum propter festum, principale autem Sabbatum vocabant secundo-primum, qvia secundum erat, præeunte alio festo & Sabbato,* adde, *primum autem, qvia tanqvam hebdomadale & ordinarium dignitate superabat qvod vis extraordinarium.* Sententiam hanc uti Pelargus Chrysostomo, ita Luthero frustrà affingit Schmidius, qvod ut argumentis demonstremus haud opus est, qvia ipse proprio sese jugulat gladio. Ita enim loqvitur; *Theophylactum Lutherus secutus vertit* den Affter-Sabbath / *& vult fuisse diem proximum à Sabbato, h. e. diem Solis, sicut aliqvos diem Martis* den Affermontag *appellare autumat.* Proh! qvantum sententiarum divortium. Theophylactus Sabbatum δευτερόπρωτον vocat ipsum Sabbati diem post festum

aliud

aliud incidentem; Lutherus non ipsum diem Sabbathi, sed qvi Sabbatum excipit, wie der Dingstag den Montag.

LUTHERUM ergò cum Stapulensi in SEXTAM conjicimus classem, qvi Sabbatū δευτεροπρωτον intelligunt de *novilunio* aut alio qvodam festo, qvod Sabbato ordinario & hebdomadario esset inferius ac minus solenne: ut enim Sabbatum hebdomadale erat πρωτον absolutè, & cum omnibus aliis festis comparatum dici potuit πρωτοπρωτον; ita alia festa, qvæ omnia dicebantur Sabbata respectu Sabbati primi & hebdomadarii, rectè potuerunt dici δευτεροπρωτα, *secundo-prima*.

SEPTIMA est BRENTII, qvi [ccc] per Sabbatum δευτεροπρωτον notari vult *ultimum Paschatis* seu azymorum *diem*. Amplectitur hanc sententiam Beza, qvi, *In Festo*, inqvit, [ddd] *plurium dierum (ut Paschæ & Tabernaculorum) duo erant Sabbata, primus nimirum ejus festi dies & ultimus, eâdem pariq; prorsus ceremonia, ut diserte cavet Dominus Lev. 23. Commodè igitur Lucas posterius illud Sabbatum, i. e. diem ultimum azymorum (id enim intelligitur ex eo, qvod fit mentio spicarum, ut rectè notat Epiphanius) vocat Sabbatum secundo-primum, qvem alterum primum latinè voces licebit.* Ut majus sententiæ suæ acqvirat robur, Scaligeri pro se allegat auctoritatem Beza, & *Josephus Scaliger*, ait, *Vir exactæ eruditionis mecum sentit, qvod ad hunc diem attinet.* Sed aut Scaligerum non percepit Beza, aut non rectè eum explicat. Nam Scaligeri Sabbatum δευτεροπρωτον non est dies septimus ab azymorum primo, ut vult Beza, sed primum Sabbatum hebdomadale, qvod secundū azymorum secutum est, & ultimum azymorum antecessit. Cum Brentio & Beza faciunt Flacius, Osiander, Aretius [eee] & Antonius Walæus. [fff]

[ccc] Homil. XLVII in Luc.

[ddd] not. ad h. l.

[eee] ad h. l.

[fff] Tom. I. oper. p. 277.

Ex OCTAVA triumphum sibi pollicetur GROTIUS, reperisse sibi visus, non qvod pueri in faba. *Indulgebo*, inqvit, *mihi qvoq; post tot alios censendi libertatem.* *Cùm tria essent Sabbata πρώτα, Paschatis, Pentecostis & Tabernaculorum, distinctionis causâ repertum, ut Sabbatum Paschale, qvod ordine antegreditur, diceretur πρωτόπρωτον, primorum primum, Sabbatum Pentecostes δευτερόπρωτον, primorum secundum, Sabbatum σκηνοπηγίας τριτόπρωτον, primorum tertium. Sic in municipiis, ubi erant δεκαπρῶτοι, primus ordinis dici poterat πρωτοπρῶτος, alter δευτερόπρωτος, atq; ita deinceps* &c. Intellexisse Grotium per Sabbatum δευτερόπρωτον non ipsum solenne Pentecostes festum, sed qvod illud proximè secutum est Sabbatum, asserit Edvvardus Simsonius, *ggg* Ast ex verbis ejus satis clarè patet ipsum Pentecostes festum per Sabbatum altero-primum ab eo intellectum, qvod qvi ante eum voluerunt Mercator, *hhh* Calvinus, *iii* Marloratus, *kkk* Maldonatus & Lapidensis, *lll* de victoria jamdudum desperârunt.

NONAM debemus CLOPPENBURGIO, qvi vult, *mmm* Sabbatum δευτερόπρωτον esse id, qvod annum civilem claudebat, incipiebat autem sacrum seu ecclesiasticum, & respectu illius δεύτερον, respectu hujus πρῶτον appellabatur. Quod ut rectius intelligatur, ipsa Auctoris verba apponimus, qvæ hæc sunt: *Extra controversiam est, in Lectionariis Judæorum, qvibus digestæ sunt lectiones Sabbatinæ, primum censeri omnium Sabbatorum totius anni Sabbatum dictum* שבת בראשית, *qvod in quovis anno incidit in 24. vel 26. vel 27, vel 29. mensis Tisri: post impositam Paraschārum lectioni anniversariæ coronidem die Tisri 23 qvam vocant* שמחת תורה *à quo die, si longiùs differatur feria primi Sabbati, censeo ego ad moræ illius compensationem esse; qvod, teste magno*

ggg Chron. Cathol. part VII, ad ann. Chr. 31.
hhh Harm. IV, Ev. ad h. l.
iii Harm. Ev. ad h. l.
kkk ad Matt. XII.
lll ad h. l.
mmm Tract. de Sabb. & Fest.

